κε'. Τίνα δὲ καὶ νομίζουσιν ἰδίως ἀποτετάχθαι τῷ θεῷ προσκυνήσεως τρόπον; τὸ εἰπεῖν τῷ ῥήματι, ἢ τὸ ἐνεργῆσαι τῷ σχήματι; ἢ ταῦτα μὲν καὶ παρὰ ἀνθρώποις ἐστὶ κοινά· καὶ γὰρ λέγεται καὶ ἐπ' ἀνθρώπων τὰ ῥήματα, καὶ ἐνεργεῖται τὰ σχήματα· τί οὖν ἐστὶ θεῷ τὸ ἐξαίρετον; ἢ παντὶ δῆλον τῷ καὶ ὁποσονοῦν διανοίας μετέχοντι, ὅτι θεοῦ μὲν ἄξιον δῶρον ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἔχει οὐδέν· τὰ γὰρ ἀγαθῶν ἡμῶν ὁ ποιητὴς ἡμῶν χρείαν οὐκ ἔχει· ἡμεῖς δὲ οἱ ἄνθρωποι τὰς τιμητικὰς ταύτας καὶ ἀγαπητικὰς ἐνδείξεις, ἃς ἐπ' ἀλλήλων ποιούμεθα, ἕτερον μὲν ἑτέρου ταπεινότερον εἶναι τῇ ὁμολογίᾳ καὶ τὸ πέλας ὑπεροχῆς ἐνδεικνύμενοι, ταύτας μετηνέγκαμεν εἰς τὴν θεραπείαν τοῦ κρείττονος φύσεως, τὰ ἐν ἡμῖν τὰ τίμια, τῇ ἀτιμήτῳ φύσει δωροφοροῦντες· καὶ διὰ τοῦτο πάντες προσιόντες βασιλεῦσιν ἢ δυνάσταις οἱ ἄνθρωποι, ὑπὲρ ὧν ἂν γνοῖέν τί αὐτοῖς παρὰ τῶν δυναστευόντων θελήσωσι, οὐ φιλὴν προσάγουσι τοῖς κρατοῦσι τὴν αἴτησιν, ἀλλ' ὡς ἂν μάλιστα πρὸς οἶκτον καὶ εὔνοιαν ἑαυτῶν ἐπαγάγοιντο, ταπεινῶν-

* Gen. XXXIII. 3.
* Gen. XLII. 6.
* Gen. XXIII. 7.

nus in terram ter. Fratres quoque Iosephi, quamdiu ignorabant, illeque ignorantiam coram ipsis simulabat ob dignitatis suae amplitudinem, adoratione potentatum eius honoraverunt. Adoravit item magnus Abrahamus Chettaeos terrae incolas advena; significans, ut puto, quantopere indigenae inquilinis essent potentiores. Multa alia huiusmodi recitare liceret tum ex antiquis historiis, tum etiam ex praesentibus vitae exemplis. Num igitur ita censent et isti de adoratione? Quid ni vero sit ridiculum, ne hoc quidem obsequio Spiritum sanctum dignari, quo etiam Chananaeos patriarcha dignatus est? An vero aliam aliquam, praeter hanc, adorationem esse existimant, ut altera quidem hominibus, altera vero supereminenti naturae conveniens sit? Cur itaque omnino quamlibet adorationem Spiritui abiudicant, ne illam quidem quae hominibus conceditur eidem largientes?

25. Quemnam vero iudicant proprie Deo adsignatum adorationis modum? Verbis prolatum? an corporis habitu factitatum? Sane uterque modus apud homines quoque frequentatur; nam et dicuntur inter homines verba, et corporum gestus fiunt. Quid ergo apud Deum praestantius? Certe cuilibet sano homini constat, nullum habere humanam naturam quod digne Deo exhibeat donum. Nam bonis nostris creator noster non eget. Nos autem homines honorificas has atque amicas demonstrationes, quas invicem facimus, dum humiliores alternatim nos confitemur, proximique maiorem esse gradum testamur, has ipsas inquam transferimus ad nobilioris naturae obsequium; ea quae sunt apud nos honoris signa, naturae inaestimabili offerentes. Atque ideo, quoniam qui reges adeunt vel dynastas homines, si quid consequi ab his potentibus voluerint, haud nudas his offerunt preces, sed ut maxime ad misericordiam benivolentiamque com-

(1) Vulgatus latinus *septies*. Item graecus et alii in polyglottis.

moveant, humili sermone utuntur, et proni adorant, et genua attingunt, et sternuntur humi, et omni re se miserabiles efficientes, patronum precum suarum prae se ferunt, per ea quae faciunt. . . . Propterea qui verum potentatum agnoscunt, a quo cuncta administrantur . . . quae ipsis cordi fuerint. Hi qui sunt depresso animo circa ea quae in hoc mundo. . . . Qui vero excelsa mente sunt circa aeternas reconditasque spes, quia nesciunt quomodo petant, neque valet humana natura ostendere, quinam sit honor ad magnificam maiestatem perveniens, transtulerunt illud quod apud homines existimatur obsequium, ad Dei honorem. Atque haec est adoratio, nempe cum supplicatione et humilitate rei alicuius optatae postulatio. Ideo et Danihel flectit Deo genua, clementiam eius pro captivo populo exorans. Et is qui nostras infirmitates portavit et pro nobis intercedit, in ea quam sumpsit humanitate, procidisse in faciem precum tempore ab evangelio narratur, atque hoc corporis habitu orasse; regulam statuens, ut reor, humanae vitae, ne audacter nos geramus precum tempore, sed quaqueversus ad misericordiam commovendam componamur. Quia Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et alibi: qui se exaltat, humiliabitur. Si ergo adoratio ceu supplicatio quaedam est, sive auxilium exhibitum scopo precum, postulatio autem Domino potentiae fit; quinam sensus est novae huius legislationis, ut ne ab eo quidem qui dat petamus, neque ante principem procidamus, neque obsequium dynastae exhibeamus? . . .

ται τῷ λόγῳ, καὶ προσκυνέσι τῷ σχήματι, καὶ γονάτων ἅπτονται, καὶ εἰς ἔδαφος πίπτουσι, ⁊ διὰ πάντων οἰκτιζόμενοι συνήγορον τὸν αἰτήσεως ἑαυτῶν προβάλλονται, δι' ὧν ποιοῦσι τὴν ελ . . . διὰ τοῦτο οἱ τὴν ἀληθῆ δυνασείαν ἐπεγνωκότες, δι' ἧς πάντα διοικεῖται τὰ ὄντα . . . τες ὑπὲρ ὧν ἂν ᾖ φίλον αὐτοῖς· οἱ μὲν ταπεινοὶ τὰς ψυχὰς περὶ τὸν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ . . . ζομένων· οἱ δὲ ὑψηλοὶ τὴν διάνοιαν περὶ τὰ αἰωνίων καὶ ἀπορρήτων ἐλπίδων, ὅθεν οὐκ ἔχουσιν πῶς αἰτήσουσιν, οὐδὲ χωρεῖ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἐνδείξασθαί τινα τιμὴν πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν τοῦ δόξης φθάνουσαν, μετήνεγκαν * τὴν ἐπὶ τὰ ἀνθρώπων νενομισμένην θεραπείαν εἰς τὸ τοῦ θείου τιμήν· καὶ τοῦτο ἐστὶν ἡ προσκύνησις, ἡ μὴ ἱκεσίας καὶ ταπεινότητος τὰ καταθυμίων τινὸς αἴτησις γινομένη· διὸ καὶ Δανιὴλ * κάμπτει τῷ κυρίῳ τὰ γόνατα, ἐπὶ τὰ αἰχμαλώτου λαοῦ τὴν φιλανθρωπίαν αἰτούμενος· καὶ ὁ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν βασάσας, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἐντυγχάνων, διὰ τὰ ἀνθρώπου ὃν ἀνέλαβε προσώπαν ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἐν καιρῷ προσευχῆς ὑπὸ τὰ εὐαγγελίᾳ ἱστόρηται· * καὶ τούτῳ τῷ σχήματι τὴν εὐχὴν ἐποιεῖτο· νομοθετῶν οἶμαι τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ, τὸ μὴ ἀπαυθαδιάζεσθαι ἐπὶ τὰ καιροῦ τὰ αἰτήσεως, ἀλλὰ διὰ πάντων πρὸς τὸ ἐλεεινὸν μεθαρμόζεσθαι· ὅθεν κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν· * καὶ πάλιν ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται. * Εἰ οὖν ἡ προσκύνησις οἷον ἱκετηρία τίς ἐστι, εἴτε συνηγορία προβεβλημένη τὰ σκοποῦ τὰ αἰτήσεως, ἢ ἐν αἰτησις πρὸς τὰ τὰ δυνάμεως κύριον γίνεται, τίς ἡ διάνοια τὰ καινῆς ταύτης νομοθεσίας; οὐδὲ . . . παρὰ τοῦ διδόντος αἰτεῖν, μήτε ὑποκύπτειν τῷ ἄρχοντι, μήτε θεραπεύειν τὸν δυνασεύοντα; . . .

* cod. κε

* Dan IX. 3.

* Matth. XXVI. 39.

* Iac. IV. 6. et I. Petr. 5.

* Matth. XXIII. 12.

Reliqua desiderantur.

DE SANCTI GREGORII NYSSENI

FRAGMENTO IN EIUS EDITIONIBUS DESIDERATO

DEQUE PARTICULA DOGMATICA 'EK

CONTRA SCHISMATICOS CORRUPTORES

IN EIUSDEM TEXTUM RESTITUTA.

Editoris dissertatio.

1. *Sancti Gregorii nysseni nobilissimum locum, ubi Spiritus sancti a Filio quoque processio adfirmatur, superioribus eiusdem scriptis adiuncturus, necessaria quaedam praefanda opinor. Pertinet is locus ad tertium Nysseni de dominica oratione sermonem circa finem; neque is tamen in publicis Nysseni editionibus, et ne in pleniore quidem parisiaca Morellii legitur. Ceteroqui sermonem illum prae manibus habuit integrum et inlibatum Iohannes Veccus saeculo ·XIII· patriarcha catholicus constantinopolitanus, qui quum dogmatis de processione a Filio propugnator strenuus esset, (cuius etiam causa calamitates honorificas passus est) in quadam synodo anno ·M·CC·LXXX· Byzantii habita, praesidente ipso, considentibus octo metropolitis, principibus quoque viris praesentibus, insignem hanc Nysseni auctoritatem in medium protulit, et decreto synodico confirmavit. Rei vero summaria historia a Vecco narrata haec est. Xiphilinus ecclesiae magnus oeconomus habuit Nysseni operum antiquum codicem, in quo tertius quoque cum reliquis sermo erat de oratione dominica, et quidem integer; quodque rei caput est, cum dogmatico commate:* πνεῦμα καὶ 'EK τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται: *« Spiritus etiam ex » Filio esse adfirmatur. » Iam vero quum particula* 'EK *referendario ecclesiae Escammatismeno, graecae heterodoxiae et schismatis favitori, molesta esset quia errorem eius tenedia veluti securi praecidebat, nefario ausu de praedicto codice ipsam delevit. Rem porro gestam ad Veccum patriarcham publicamque notitiam detulit Xiphilinus codicis possessor; eademque et inspectu codicis patefacta fuit, simulque ipsius testimonio Escammatismeni, qui ad catholicas postea partes transgressus, crimen suum ultro confessus est. Id autem tanti aestimavit Veccus (praesertim quia, ut ipse in relatione ait, in aliis quoque exemplaribus particula* 'EK *comperta fuit) ut coacta prout diximus synodo patriarchali, sententiam episcoporum rogaverit, quid consilii de eo codice lituraque capiendum esset: quorum concors suffragium fuit, ut agnita licet rei veritate, codex ille prout se habebat maneret; nihilque in deleticio spatio rescriberetur; quia periculose id fieret, suspicionemque posteris novae interpolationis refectaeque scripturae iniiceret, et crimen quodammodo a Schismaticis ad Catholicos transferre videretur. Ceteroqui rem gestam scripto consignandam, ut hinc testimonium publicum fidesque haberetur, scripturae illius partem fuisse depravatam. Sic omnes episcopi censuerunt, pergit dicere Veccus « et iam hodie hac synodica actione perficitur, rursus id idem fatente*

» *Referendario, et non negante* 'EK *ab se abrasam fuisse, veniamque petente, quod* » *eo tempore id perfecerit, cum a nobis dissidebat.* » *Quo in consilio praesules orthodoxi videntur imitati quodammodo Graiorum veterum exemplum, qui delubra sua, ut narrat Cicero de rep. III.* 9, *a Xerxe inflammata, ne reficienda quidem putaverunt, ut esset posteris ante os documentum Persarum sceleris sempiternum. Id nos quoque in conservanda byzantini codicis litura, ob arguendam Schismaticorum fraudem, divinitus contigisse credimus: qui codex e Graecia postea translatus, ut infra probabiliter suadebimus, nunc Romae in Pontificis maximi bibliotheca conservatur.* *Nysseni codex mutilatus et falsatus.*

2. *Ceteroqui vaticanus hic memorabilis codex fugit oculos, quantum scio, Leonis Allatii, qui quum rei Constantinopoli gestae narret historiam in Graeciae orthodoxae tomo I. (p.* 366–374) *anno* 1652 *Romae edito, praeclari monumenti mentionem, ceu adhuc superstitis, nullam facit. Attamen is sententiam Vecci synodicam praedicto in tomo vulgavit; quam statim avide arripuerunt, id est anno* 1671, *conciliorum collectores Labbeus atque Cossartius T. XI. part. I. p.* 1125, *consequenterque aliae conciliorum editiones admiserunt. Porro Cossartius in illius scripti calce sic adnotat.* « *Non extant hodie illa Gregorii nysseni verba in ea quam de-* » *signat Veccus homilia: sed neque in quatuor aliis, quas in orationem domini-* » *cam idem Gregorius scripsit. Ex quo intelligimus, eas hac parte a Graecis trun-* » *catas ad nos pervenisse. Neque enim dubitare de Vecci fide possumus, qui in* » *oratione, quam de Spiritus sancti processione scripsit, locum integrum refert, ex* » *quo decerpta ea verba sunt. Neque Veccus tantum, sed Hugo Etherianus et Ma-* » *nuel Calecas locum illum repraesentant. Ceterum quod ab illo Referendario in* » *Nyssenum, idem a Photio in Chrysostomum admissum est. Cuius in homilia de* » *incarnatione (vel certe ipsi tributa) cum apud Ioh. Veccum et Man. Calecam, et* » *in anglicana Savilii editione legatur* τὸ ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα, *Photius cod.* 277. » *particulam* ἐξ *omisit. Nimirum cum negent Graeci S. Spiritum esse* ἐκ τοῦ υἱοῦ, » *ex Filio, sentiunt negare se non posse quin sit* τοῦ υἱοῦ. » *Haec Cossartius. Quum autem in praedicta Vecci synodica sententia nihil aliud de Nysseni fragmento recitetur quam illa verba* τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται, καὶ 'EK τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται, *commodum accidit, ut Veccus in suis ab Allatio editis scriptis partes adhuc nonnullas recitarit ac repetiverit in Graec. orth. T. I. pp.* 143. 188. 200. 230. 374. 398; *et T. II. pp.* 333. 523. *Item in eodem opere Ioh. Plusiadenus T. I. p.* 632. *Tum ibidem Constantinus Melitiniota T. II. p.* 825; *et Georgius Metochita p.* 953. 979. 993. 1045; *nec non Arcudius in opusculis aureis p.* 140; *quin et ipse Leo Allatius in enchiridio de processione Sp. S. p.* 60, *et contra Creyghtonum exerc. X, et in vindiciis synodi ephesinae cap.* 41, *partem illam Nysseni a Vecco et aliis in dictis opusculis relatam repetit, et historiam totam recinit. Hi tamen cuncti auctores rem ab ipso Vecco, ut patet, sine ulla additione sumpserunt. Denique et magnus Bessarion in oratione dogmatica infra a nobis laudanda eundem Nysseni locum se in mss. sive Vecci sive Nysseni legisse demonstrat. Atque hi omnes a me libenter sunt nominati, ut ostenderem quanti pretii atque praesidii id Nysseni fragmentum apud Graecos nostri dogmatis adseclas habitum sit.* *Rei praedictae testimonia.*

3. *Relatis hactenus aliorum circa hanc rem testimoniis ac lucubrationibus, reliquum est ut quid nobis eadem super re contigerit, et quale incrementum addere* *Nysseni codices integri.*

obvenerit, exponamus. Quum anno ·M·DCCC·XXXIII· in septimo Scriptorum veterum tomo, Anastasii presbyteri graecum opus ederemus « de patrum circa Domini » incarnationem doctrina » primum omnium exhibuimus Nysseni illud fragmentum, ex praedicto sermone ab Anastasio sexti saeculi homine sumptum, et quidem parte prope dimidia auctius, quam a Vecco postea fuit recitatum. Deinde vero exploratis bibliothecae vaticanae forulis, feliciter comperimus partem hanc Nysseni in aliis quoque conservatam codicibus; quod certe ante me in aliis per Europam codicibus deprehendere potuissent viri eruditi, si curam aliquam impendissent, Morellius in primis Nysseni editor, et Cossartius qui defectum editionis dolèbat; praecipue vero sagax Allatius, quem hac in causa vaticanos romanosque alios codices non consuluisse, valde miror: quamquam qui omnia praestare queat, nemo quantumvis impiger mortalium est. Sunt ergo vaticanae bibliothecae codices hi, in quibus Nysseni sermo a me integer compertus est. I. *Vaticanus* 2066. *membraneus nobilissimus, saeculo septimo vel octavo uncialibus litteris scriptus, cum glossis etiam aeque quadratis in margine extantibus, de quo nos inferius plura verba faciemus.* II. *Vat.* 448. *membr. saeculi ferme XI, de quo nos item codice postea latius loquemur.* III. *Vat.* 449. *membr. saeculi undecimi.* IV. *Vat.* 1409. *bombycinus saeculi tertii decimi.* V. *Urbin. vat.* 14. *chart. saeculi quarti decimi.* VI. *Vat.* 1729. *chart. saec. XV. Codices autem in quibus Nysseni hoc fragmentum separatim scribitur, tres sunt chartacei, nempe VII. Anastasii presbyteri column. vat.* 19. VIII. *Vat.* 1102. IX. *Vat. lat.* 4326, *in quo Hieronymus Donatus, senator venetus, vir saeculo XV. desinente clarus, doctrinae graecae linguaeque peritissimus, in suo a nobis edito (Script. vet. T. VII.) de processione Sp. S. contra Graecos doctissimo opere, partem eius testimonii ex Nysseno graece item producit. Nysseni ergo praeclarum hoc segmentum in novem saltem habemus bibliothecae vaticanae codicibus; eratque idem in aliis a Vecco, Bessarione, et Donato, ut ipsi aiunt, visis codicibus; neque dubito quin passim in dispersis per orbem mss. Nysseni exemplaribus, et Romae etiam, si modo ea explorentur, occurrat; quandoquidem vel una Pontificis bibliotheca ostendit hanc copiam. Codices denique vaticani, in quibus aeque ac in editionibus fragmentum deest, duo sunt.* I. *Vat.* 1907. *saeculi circiter duodecimi, bombycinus, qui etsi nobis ineditos duos Nysseni sermones suppeditavit, in hoc tamen tertio de or. domin., et interdum alibi, lacunis laborat.* II. *Urbin. vat.* 13. *chart. satis recens. Causa vero in his evidens defectûs est, quia schismatici amanuenses iniucundum illud sibi testimonium sponte omisisse videntur, id quod pluribus postea exemplis et auctoritatibus confirmabo.*

Particula 'ΕΚ *in codice vat. antiquissimo.*

4. *Nunc ipsum rei caput attingendum est, nempe utrum et in quot cognitis nobis codicibus particula dogmatica* 'ΕΚ *legatur. Namque haec deest in operis anastasiani codice columnensi vat.* 19, *itemque in eiusdem operis codice vat.* 1102, *in quibus legitur* καὶ τοῦ υἱοῦ προσμαρτυρεῖται. *Item abest ea particula a vatt.* 449, 1409, 1729, *nec non ab urbin. vat.* 14, *in quibus scribitur* καὶ τῷ υἱῷ προσμαρτυρεῖται. *Haec, inquam, documenta in adversariorum parte sunt, atque a violatis exemplis dimanant. Age iam quae nobis, vel potius veritati favent, exponamus. De corruptis Schismaticorum dolo codicibus, post exortas cum orthodoxis quaestiones, paulo post dicemus cum summae etiam auctoritatis viro Card. Bessarione (praeter ea quae superius cum Vecco diximus) cuius nunc verba non recitatis solum verum etiam oblatis ob oculos argumentis evidenter confirmabimus. Etenim inter illos*

quos supra memoravi vatt. codices gregorianum fragmentum continentes, unus est qui schismatis tempora longe antecedit, immo et ipso Photio ducentis ferme annis antiquior est, litteris quadratis ut iam monui scriptus, specie prorsus insigni atque admirabili, qui ex monasterio monachorum basilianorum Cryptae ferratae in bibliothecam vaticanam Pio VI. regnante transiit. Continentur eo, praeter S. Basilii hexaemeronem, S. Gregorii nysseni sermones in orationem dominicam, in beatitudines, scripta etiam ad Petrum fratrem, orationes epitaphicae, et capita physiologica. Iam in sermonibus de orat. domin. quum curiosissime rem meam scrutarer, tertium illum sermonem non solum integrum, id est absque lacuna vidi, verum etiam, quod me incredibili gaudio adfecit, particulam dogmaticam 'EK *suo in loco f.* 86. *b. evidentissimam, ut cetera omnia, perlegi: qua visa,* VICIMUS *exclamavi: en quippe codicem, cuius sine dubio dignitas cunctis praevalet: en testem veritatis ingenuum ac probatissimum: en ut auctoritas temporis, prout dixit Cicero, naturae id est veritatis iudicia confirmat. Quin adeo plausum meum praeoccupavit illic in margine manus quaedam, multo tamen recentior, graeci alicuius orthodoxi scribentis:* εὖ σοι μέγιστε Γρηγόριε: « *bene tibi, maxime Gregori.* » *Protinus ergo dedi operam ut hic eximius Nysseni tractus fidelissime in aere excuderetur: codicis quoque numeralem notam adscripsi, ut rem suis oculis, quisquis volet, in vaticana bibliotheca contempletur. Hanc meam laetitiam mox cumulavit Hier. Donatus, qui lib. I.* 15. *et IV.* 13. *sic integerrime scribit:* τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται, καὶ 'EK τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται: « *Spiritus sanctus et ex Patre* » *dicitur, et ex Filio esse testimonio probatur.* » *Idem vero Donatus lib. III.* 14. *p.* 112. *rem illam sub Vecco in synodo gestam novisse se ait his verbis:* « *extat* » *huius conventus narratio, quae Deo volente in manus meas incidit.* » *Itaque et eius synodi particulam scribit. Ne tamen Nysseni locum, ab eo lib. I.* 15. *scriptum, ex Vecco potius sumpsisse suspicemur, vetat ipse dum in nuper citata p.* 112. *ait se complura gregoriani sermonis exemplaria inter se comparasse, ubi celebre id testimonium legebatur. Ceteroqui in hac causa illos propemodum missos facio, quos Allatius edidit, Plusiadenum, Melitiniotam, Metochitam, Arcudium quoque in opusculis aureis, ipsum denique Allatium, qui in allato textu habent* 'EK; *etenim hi unum fortasse cum Vecco testimonium conficiunt. Verumtamen egregie nos, vaticani codicis antiquissimi ope, adfirmationem Vecci iam comprobavimus; et mox alio singularis naturae codice item vaticano, Vecci eiusdem sinceritatem decretique synodici summam prudentiam et aequitatem demonstrabimus.*

Codex alius vat. deleticius.

5. *Accedamus enim ad codicem vat.* 448, *peculiari ob ea quae dicturi sumus mentione dignissimum. Ait quippe Veccus in sententia synodica, codicem illum Xiphilini, in quo fraudulenter deleta fuerat* 'EK *particula, valde antiquum fuisse, compluraque Nysseni opera continuisse. Iam vero codicem hunc vat. uno vel etiam altero ante Veccum saeculo (id est ante synodum, quae anno* 1280. *fuit celebrata) exaratum fuisse, non videbitur inspicienti improbabile (quamquam aliquot eius folia recentiore manu suppleta fuerunt, quae tamen ad controversam partem non adtinent.) Tempora ergo vaticani ac byzantini codicis vix invicem distare videntur. Sed ne eorum quidem continentia differt; nam vaticanus aeque ac byzantinus Nysseni operibus plenus est, nihilque alienum toto in corpore prae se fert. Nunc res mira, et praeter meam omniumque expectationem oblata, narranda est. Etenim ego tertium illum Nysseni de oratione dominica sermonem in hoc codice legens, ubi ad*

illum gravissimi momenti locum deveni f. 204. b, particulam celebrem 'EK *in codice quidem scriptam observavi, verum postea studiose oblitteratam, superstite adhuc particulae in litura vestigio, perspicuoque extra deletionem leni spiritu; cuius palmaris rei fidelem imaginem in excusa tabula exhibui. Porro ego hac visa litura, et immani Schismaticorum contra catholicum dogma facinore, equidem cohorrui, manus vocemque in caelum sustuli, et mihi rem plane insperatam, nostraeque theologiae perutilem deprehendisse visus sum. Statim etiam cogitare coepi, num hic reapse idem codex esset, quem Constantinopoli ab Escammatismeno deletum Veccus conventui episcoporum obtulit; conventus autem, fraude iam denudata, prudenter vetuit quominus particula* 'EK *in lacuna rescriberetur. En quippe in litura codicis vaticani nihil reapse postea rescriptum est. Num ergo Veccus, aut de synodo catholicus aliquis, codicem illum Romam misit, ut et fallaciae Schismaticorum, et sinceritatis Catholicorum perpetuum monumentum in christiani orbis metropoli extaret? Rem ita se habere, confidenter propemodum adfirmarem, nisi Hier. Donatus lib. III. 14. de hoc Schismaticorum flagitio loquens narraret « se pluribus eius ser-» monis exemplaribus comparatis, in quibusdam illud* 'EK *temere ac stulte abra-» sum vidisse. » Si ergo non unus fuit deleticius huius sermonis codex, haud satis est evidens, vaticanum nostrum unum eundemque esse Xiphilini seu Vecci codicem. Valde tamen suspicor, Donatum liberius locutum, ita ut vocabulo « quibusdam » unum hunc designaverit deleticium vaticanum, quem is certe Romae inspicere potuit. Nam quum ipse opus suum de Sp. S. graece in Creta scripsisset, cui insulae, ut ipse ait, pro Venetis dux praesidebat, idem postea Romae fecit latinum, qua in urbe dum apud Pontificem esset orator, mortem cum vita anno ·MDXI· commutavit. Atque ut hanc dubitationem concludam, aio: si vaticanus hic codex 448, idem byzantinus Vecci est, exosculor Dei providentiam qui religiosum id documentum Constantinopoli Romam transtulit: sin vero alterum exemplar est, schismaticae fraudis testimonium duplicatur, simulque Vecci ac Donati adfirmatio laudatur, qui plures codices particulam* 'EK *continentes vidisse se aiunt.*

Particula 'EK *adscritur.*

6. *Sed age iam confirmare placet Nysseni particulam* 'EK *splendidissimo exemplo viri Nysseno aetate supparis, Theodori Mopsuesteni, cuius nos commentarium in epistolam ad Romanos edidimus Spicil. rom. T. IV. Quamquam locus a nobis mox recitandus, in antiquiore alio et emendatiore vat. codice, unde et Cyrillum deprompsimus, Diodoro tarsensi tribuitur* (1), *homini adhuc antiquiori, nec minus celebri, qui et Ioh. Chrysostomum in litteris sacris instituit. Iam Theodori ac Diodori nomina in codicibus haud raro confundi, compertum est; quin et ipse Photius cod. 223. Diodorum hunc, Theodorum nominat. Sive itaque Theodorus sive Diodorus sic in codicibus et in nostra editione ait ad Rom. VIII. 11.* Προειπὼν πνεῦμα Χριστοῦ, πάλιν φησί· τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Χριστὸν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν· ἐπαναγαγὼν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ἐπὶ τὸν πατέρα τὸ πνεῦμα· οὐδὲν ἕτερον ἀλλ' ἢ σαφῶς διδάσκων ὅτι 'EK τοῦ υἱοῦ καὶ τὸ πνεῦμα οὐκ ἀλλότριον τῆς πατρικῆς θεότητός ἐστι: « *quum antea dixisset Spiritum Christi, rursus ait: Spiritus eius, qui » suscitavit Christum, habitat in vobis. Dum a Christo ad Patrem reducit Spiri-» tum, nihil aliud aperte docet, nisi Spiritum, qui est* EX *Filio, a paterna deitate*

(1) *Diodori tarsensis scriptum de Spiritu sancto memorat Photius cod.* 102. *Fortasse igitur illinc sumpsit auctoritatem hanc eclogarius qui catenam in ep. ad Rom. contexuit.*

» non esse alienum (1). *» Quid hac dictione evidentius? Atque ut novis a me editis monumentis uti pergam, Faustus reiensis quinto saeculo episcopus in homilia de Spiritu sancto, apud nos Spicil. rom. T. V. p. 93, Nysseni propemodum ac Theodori seu Diodori verba interpretans, sic ait egregie. « Ergo quia Spiritus sanctus » de utroque procedit, ideo dicitur: qui autem Spiritum Christi non habet, hic non « est eius. » Ecce autem antiquum etiam sermonem alium ex veronensi codice mecum communicavit vir cl. Iosephus Brunatus, in quo pariter scribitur: « Spiritum » quoque sanctum non ingenitum neque genitum, sed ex Patre Filioque procedem» tem, eo quod Patris et Filii sit Spiritus, et ipse consubstantialis et coaeternus » ambobus. » Haec ego testimonia prae ceteris recitabam, quia nova sunt. Ceteroqui haud minus evidentia habentur ex Athanasio et Chrysostomo contra Arianos, ex Cyrillo in anath. IX. et in Iohelem, ex Epiphanio in ancorato; ut legere est apud Bessarionem orat. dogm. cap. VII, et apud Donatum lib. I. 13. Immo et ipse Nyssenus in suo a nobis edito sermone de Spiritu S. n. 22. sibimet consonat, ubi ait Spiritum S. a Filio semper accipere et mitti. Et quidem Bessarion or. cit. cap. VI, ut eius verba saltem latine, brevitatis causa referam, sic argumentatur: « quod di» catur Filii Spiritus, nihil aliud significat, nisi quod per Filium manifestatus sit, » secundum magnum Basilium; sive quod per Filium procedat, secundum Maxi» mum; sive quod ex Filio procedat, secundum occidentales doctores. Haec enim » quatuor, ut probatum est, aequivalent: videlicet Filii Spiritum dici, per Filium » manifestari, per Filium procedere, et ex Filio procedere. » Ergo etiamsi nos in Nysseni textu legi concederemus* τοῦ υἱοῦ πνεῦμα, *ut adversarii quidem volunt, veritas tamen prisca non patitur, pro* ἘΚ τοῦ υἱοῦ πνεῦμα, *nihil illi proficerent, idemque lectionis sensus foret. Ideo enim Spiritus est ex Filio, quia Spiritus Filii est. Cur igitur in hac duarum lectionum varietate tam acriter digladiantur Graeci, si una demum utriusque sententia est? Videant etiam, quibus otium est, ea quae nos adtulimus in praef. ad Spicil. T. VI. nova patrum pro nostro hoc dogmate testimonia: item quae adnotavimus ad Cyrillum II. Cor. I. 21, ubi etiam Hilarium produximus de Trin. VIII. 20, et Augustini textum in maurina editione mendosum sanavimus. Praesertim vero legant quae in duobus priscis opusculis lat. de process. Spiritus S. dicuntur apud nos Script. vet. T. VII. Denique ne negligant, oro, theologi quae Gregorius patriarcha contra Marcum ephes. (apud Lab. Concil. T. XIII.) nec non quae Bessarion in magna ad Alexium Lascarim epistola late scribunt de patrum traditione evidenti circa processionem etiam a Filio; cum peracuta quoque et verissima celebris dicti Iohannis damasceni explicatione: legentibus enim constabit, Graecos ea nube argumentorum a gentilibus suis Gregorio ac Bessarione prorsus fuisse obrutos, et universa causa excidisse. His si addas quae pro hoc dogmate disputat Allatius in enchiridio, et in Graecia orth., et de consensu eccl. occid. et or.,*

(1) *Magni hic sane momenti est Theodori vulgatus a nobis locus, quo Spiritus sancti processionem etiam a Filio is profitetur. Namque in synodi ephesinae actione VI. recitatur corruptae fidei symbolum, quod Theodoro fuit imputatum, reclamante tamen Facundo hermianensi lib. III. 2. et 5. atque negante illud esse Theodori scriptum. In eo quippe symbolo aperte id dogma negatur:* πνεῦμα το ἅγιον οὔτε υἱὸν νομίζομεν, οὔτε διὰ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν εἰληφὸς: Spiritum sanctum neque Filium putamus, neque per Filium suam substantiam habere. *En modo Facundi testimonium pro Theodoro verax agnoscitur: neque enim hic in symbolo contraria ceteris scriptis confessus fuisset. Calumniosum fuit itaque illud symbolum; immo vero inter dogmatis recti adsertores iam Theodorus quoque mopsuestenus (vel Diodorus) ponendus est.*

et in synodi ephes. vindiciis, confecta res est, nihilque praeterea desideramus. Postremo cum Graeci in actibus suis synodicis, Augustini nostri auctoritatem tamquam magni doctoris revereantur (cuius etiam complura opera ex latino in graecum conversa in vaticanis pluteis observavi, paucis tantum ab Arcudio prolatis) discant utique hanc veritatem ab eo, tum in libro XV. 47. de Trin., tum magis in tractatu IC. in Ioh.; nihil enim his Augustini testimoniis validius evidentiusque est.

Dogma ulterius confirmatur.

7. *Sed adhuc adversariae partis homines clamitant: en* 'EK *particula in plerisque codicibus atque in ipso Anastasii opere de doctrina patrum circa incarnationem deest. Quid inde, inquam? Num primus unusque Escammatismenus codices corrupisse credendus est? Nonne ipsius Anastasii codicibus manus adferri a photianis potuerunt? Quid? calentibus rixa animis, perseverante schismate, putamus fieri potuisse ut a graecis amanuensibus scriberetur in loco Nysseni particula* 'EK, *et non potius auferretur? Atqui omnes, quos hactenus nominavimus, uno excepto antiquissimo* 2066, *gregoriani sermonis codices graeco in schismate conscripti fuerunt. Certe ego quid Anastasii codici acciderit, nescio; video tamen mirum alium Anastasii (si certe unus idemque Anastasius est, prout alio tempore disputabo) video inquam peremptorium locum in sermone eius de Trinitate cap.* 22. *ubi Spiritus sancti a Filio quoque processio disertis verbis adfirmatur: « πνεῦμα ἐκπορευόμενον καὶ ἀπο- » στελλόμενον οὐ μόνον παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ: Spiritus » procedens et missus non solum a Patre verum etiam a Filio. » Nemo igitur de Anastasii sententia ad hanc rem quod attinet iam dubitabit: immo nemo Anastasium inter primarios dogmatis adsertores non numerabit. Unum adhuc memorabo ex orientali ecclesia documentum. Extat Romae apud Armeniorum S. Blasii ecclesiam vetus, emendatus admodum, optimaeque notae codex liturgici generis, id est lectiones precesque publicas continens, prout eas digessit patriarcha gentis Gregorius III, qui frater fuit atque successor Nersetis Claiensis, et anno* 1165. *obiit. Hunc codicem Leo III. minoris Armeniae rex, anno* 1279. *ecclesiae Armeniorum S. Matthaei in urbe Perusia donum obtulit, prout ipso in codice scribitur. Iam vero armeniaca oratio, qua in pentecostes festo invocatur publice sanctus Spiritus, sic ibi incipit. « Tu qui es dominus dominus (sic) exercituum, et Deus verus, lucis » vitaeque fons, inscrutabiliter a Patre Filioque procedens, thaumaturge sancte » Spiritus, quem Iesus Christus Deus noster apostolis promisit etc. » En cernimus orthodoxorum Armeniorum antiquam confessionem, quam in Schismaticorum liturgicis libris frustra requiremus: etenim apud haereticos quoque Armenios vigere morem delendi e libris quicquid ipsi aegre ferunt, mihi a gnaris rei hominibus relatum fuit. Duos item Armeniorum missales libros, etsi praedicta aetate paulo recentiores, nec non ritualem unum, dogmaticam eiusmodi continentes precem, citat vir cl. honoris causa appellandus P. Gabrihel Avedichianus mechitarista in suo egregio de process. Sp. S. tractatu p.* 63, *qui et alia plurima ex ecclesia rituque suo rei huius documenta collegit.*

S. Basilii locus de Sp. *S. mutilatus.*

8. *Etsi aliquando a Schismaticis corruptos codices, vel una codicis vat.* 448. *imagine quam aere excudendam curavi, demonstratum est, attamen ut in re gravi et odiosa, abundare testimoniis aequum est. Primus igitur adsit Bessarion, qui in insigni ad Lascarim epistola seu tractatu narrat sex antiquos, sedente florentino concilio, repertos esse Basilii magni codices (confer etiam concil. act. XX.) qui libros eius contra Eunomium continebant, quorum in tertio sub initio verba illa quae-*

sita sunt de Spiritu sancto « ἀξιώματι μὲν δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ (1), παρ' αὐτοῦ » λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον: » dignitate (seu ordine) secundum esse a Filio, ab eo existentiam habentem, et ab » ipso accipientem, et annunciantem nobis, atque omnino ab ea causa dependen- » tem; » haec, inquam, verba in quinque e sex praedictis codicibus et quidem valde antiquis ait esse deprehensa, in uno autem desiderata. Deinde pergit Bessarion dicere, se post synodum, Constantinopolim reversum conquisivisse quotquot eius basiliani operis codices inveniri potuerunt; ac porro cognovisse, antiquissimos quosque verba illa Basilii in contextu habuisse; recentiores autem, quotquot post litem exortam scripti fuerant, auctoritate praedicta caruisse; quo nihil lucidius dici potest ob ostendendam Schismaticorum fallaciam, a quibus id testimonium consulto praetermissum fuit. Idem vero Bessarion paulo infra loc. cit. non omissionem tantummodo, sed malitiosam quoque deletionem in duobus aliis operis eiusdem codicibus a se visis perpetratam narrat: nam ex uno membraneo vetustissimo falsarius quidam impio ferro veritatem abraserat; quod tamen ei parum successerat, manentibus adhuc in loco vacuo syllabis dimidiatis: alterius autem bombycini locum offuso atramento excaecaverat: qui tamen postea codex ad Demetrii Cydonii, hominis orthodoxi, manus quum pervenisset, is obiurgato falsario oblitterata verba supplevit in margine. Sic Bessarion. Reapse, ut egomet vidi, in codice quoque vat. 434. saeculi ferme XII. f. 32, ubi in mutilato Basilii textu legitur ἀξιώματι γὰρ δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ παραδίδωσιν ἴσως ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος, saeculo uno vel altero post homo orthodoxus sic in margine adnotavit: « σημείωσον ὅτι παρέλειψεν » ὡς αἱρετικὸν τὸ παρὰ τοῦ ἁγίου γραφέν· λέγει γὰρ οὕτως· ἀξιώματι μὲν γὰρ » δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, » καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον, παραδίδωσιν » ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος· (ubi vides omissum etiam ἴσως.) Animadverte, inquit, » amanuensem praetermisisse, ceu si esset haereticum, id quod vir sanctus scri- » pserat. Sic enim ille dicit: dignitate secundum esse a Filio etc. » Contra Basilii codex vat. pal. 216. f. 68, quia adversariorum tantummodo manibus versatus fuit, neque schismatis aetatem superat, lacunam suam sine critica adnotatione retinuit. Sed ad Bessarionem ut redeam, is loco cit. prosequitur dicens, Hugonem quoque Etherianum, trecentis ante se annis, habuisse prae manibus Constantinopoli aeque sanum Basilii codicem. Denique loci sinceritatem multis criticae artis argumentis demonstrat. Quare haud scio an satis recte Garnerius maurinus se gesserit, qui in suam praestantem Basilii editionem ea verba non admisit, et in scholiis tantum narrative retulit. Defuerint utique haec verba in inspectis ab eo codicibus; mihi tamen tanti ponderis sunt quae narrat Bessarion, ut aeque Garnerium si ea legisset, permovendum fuisse non dubitem. Plane enim Garnerius nonnisi ad ea quae in actione XX. florentini concilii dicuntur, respexisse videtur; de Bessarionis gravissima ad Lascarim epistola non cogitasse, neque de iis item quae Leo Allatius in enchiridio cap. XX. mirabiliter disputavit tum de Basilii codicibus integris, tum de vana fraude Schismaticorum, quae heic repetere longum foret. Et quidem de praedicto

(1) Intellige vel ordinem, vel illum sensum, quo de patre suo loquitur Christus dominus in celebri loco Iohannis XIV. 28, cuius dicti multae variaeque explanationes notissimae sunt. Nam graduum diversitatem in ss. Trinitate non esse, peremptorium dogma est, ut cum Augustino et cum Panoplia in hac nova Bibliotheca diximus T. II. p. 558. 560.

S. Basilii loco Veccus etiam patriarcha disserit in opusculi sui de Spiritus sancti processione capitulo I. apud Graeciam orthodoxam T. I. p. 225. sqq.

Corruptionum alia exempla.

9. *At quia de Allatio dicere coepi, duas adhuc ab eo commemoratas fraudes non reticebo. Namque in dicto enchiridio cap. IV. in Nazianzeni sermone de adventu Aegyptiorum, ait ab haereticis vocabulo* ἀγεννησίας *substitutum fuisse* αἰτίας, *ut Filium diversum a Patre non* ἀγεννησίᾳ *tantummodo sed etiam* αἰτίᾳ *suaderent; quo dolo, Filium removebant quominus causa sit Spiritus sancti simul cum Patre. (Confer etiam Hier. Donatum pp. 36. 39. 42.) Idem rursus Allatius cap. XV. demonstrat corruptam fuisse ab iisdem Metaphrastae dictionem in sermone de S. Dionysio areop. ubi legebatur* ἐκπορευόμενον υἱοῦ πνεῦμα ἅγιον. *Sed cur iam falsariorum ac falsitatum adversus codices religiosos catalogum diutius prosequor, qui infinitus paene fieret? Certe et ego in Spicilegio rom. T. IV. p. XC. palam feci, Iacobitas syros in Procli constantinopolitani sermone, quem ibi edidi, delevisse, ut vestigia in codice adhuc demonstrant, catholicum vocabulum, substituto monophysitico; et id quidem in uno sermonis exemplari; ex altero autem eiusdem sermonis codice folium detraxisse, ne ingratus ipsis textus illic superesset. Quod idem plane Nysseni sermoni, de quo iamdiu nos agimus, in codicibus accidit: qui partim sunt deleticii, ut fuit ille Xiphilini seu Vecci byzantinus, et vaticanus noster* 448. *(qui fortasse idem est byzantinus) et quidam alii a Donato lib. III.* 14. *memorati: alii vero codices, toto avulso segmento, mutilati fuerunt, ut vaticanus* 1907, *et urbin. vat.* 13, *ex quorum similibus editiones cunctae Nysseni fluxerunt. Vaticanus denique antiquissimus* 2066, *et fragmentum universum retinet, et particulam quoque* ΈΚ *felicissime in orationis serie ostentat. Et hic sane nobilitate sua plurimorum instar est: ceteroqui non esse unicum, tum Veccus in decreto, tum Bessarion in oratione dogmatica cap. VII, tum denique Donatus loc. cit. satis docent: nullusque dubito quin si ceterae per Europam, Asiam, atque Aegyptum bibliothecae interrogentur, eae parem aliquem codicem se habere confirment.*

Adhuc de eodem argumento.

10. *Iam ut sacrorum librorum locos sileam, quibus haeretici interdum vim in codicibus intulerunt, modo subtractis versiculis* (1) *modo translata perperam interpunctione; celebris est controversa lectio apud S. Hilarium de Trin. II.* 27. adoptatur, *et* adoratur, *quo loco illud huic substitutum in codicibus verbum a Felice urgelitano Adoptianorum duce criminati sunt Hincmarus et Alcuinus: quodque est mirabilius, in duobus omnium antiquissimis Hilarii codicibus, uno Capituli Canonicorum vaticani, altero Capituli veronensis vocabulum illud interpolatum aeque conspicitur, ut et ego Romae vidi, et Scipio Maffeius in praef. ad Hilarium narrat. Certe et alium Hilarii librum falsatum ab haereticis Rufinus queritur apud Hier. lib. II.* 19. *adv. Ruf. Tum corrupta non semel ab haereticis orthodoxorum patrum scripta, historici narrant. Quid? In Dionis Cassii excerptis Porphyrogeniti, a me Script. vet. T. II. p.* 212. *editis, nonne* Plauti *ethnici a Nerone occisi, mutatum studiose ab eclogario fuit in* Pauli apostoli *a Nerone item interfecti nomen? Gemisti*

(1) De celeberrimo quidem testimonio caelesti apud Ioh. ep. I. 5. 7. in codicibus graecis passim desiderato, copiose nos, post alios, disputavimus in adnot. sub initio Speculi S. Augustini quod ex sessoriano codice edidimus. Nunc tamen alia duo subsidia suppetunt, nempe quod hic insignis versiculus legitur etiam in adhuc antiquiore sessoriano alio codice ·XCVI·, quamquam manu secunda additus. In epistolario autem graecae ecclesiae Venetiis impresso (id est in annuis apostolicarum epistolarum lectionibus) idem versiculus extat; quod sollemne argumentum est, probari illum ab ecclesia quoque schismatica, quandoquidem in sacra liturgia retinetur ac recitatur.

Plethonis tractatum de virtutibus, in mediolanensi codice nescio quis graecus amanuensis, clariorem gloriam scripto quaerens, rubricato titulo inscripsit Philoni, homonymi operis iamdiu deperditi auctori. Venetiis ante hos annos dum graecorum patrum catenam ad regum libros in marciano codice inspicerem, inter alios auctores legebam ad lib. III. 22. 19. sic. Θεοδωρίτου ἐκ τοῦ γ′ λόγου τοῦ κατὰ Μανιχαίων: *Theodoreti ex tertio adversus Manichaeos libro. Atqui Theodoreti hoc titulo operis neque in libris eius editis neque in deperditorum memoria vestigium superest. Ecce autem is codicis veneti locus in catena Nicephori extat, Lipsiae edita T. II. p.* 806, *ubi Procopio sine operis titulo inscribitur. Utrum ex his vere sit dictum, et fraude ne an casu aliquo is error contigerit, difficile definitu est. Quamquam non est spernenda suspicio de Theodoreto auctore: quippe Procopium ex diversorum patrum scriptis catenas conficere solitum scimus: namque et nos catenas Procopii huiusmodi in genesim, proverbia, et Salomonis canticum superioribus annis vulgavimus in class. AA. T. VI. et IX. Sine dubio patet latissimus dicendo campus, si quis falsitates erroresve huiusmodi, qui sunt innumeri, persequi velit. Mitto quod Honorii papae nomen damnatorio sextae synodi decreto obtrusum a malivolis fortasse videtur; quandoquidem, ut olim observavi (ad Niceph. apol. cap.* 22. *in part. lat.) neque libellus synodicus, neque sancti Sophronii epistola item synodica, neque byzantini patriarchae Nicephorus ac Nicolaus, dum Sergium, Pyrrhum ac Cyrum, Monothelitis accensent, Honorium his connumerant; quod nonnisi contrariae persuasionis causa fieri potuit: quae si documenta florentinus Fontanius novisset, paulo credo modestius ac reverentius de hac controversia et de Honorio locutus fuisset ad Photii erotema I. p.* 10. *nov. delic. T. I. Sancti Caelestini papae epistolam ad Nestorium in nonnullis subdole locis a graeco aliquo interprete fuisse perversam, demonstravi olim bobiensi codice utens, cum de vetere chalcedonensis synodi latina translatione disserui. Quis maiorem interpolationem fraudemque et falsitatem pertulit, quam pontificales epistolae ab Isidoro seu quovis alio eius criminis auctore? Quid? nonne cuidam epistolae de Spiritus sancti processione, a photiano ut reor homine scriptae, fallaciter nomen Iohannis papae romani impositum fuit? cuius falsitatis testis est in vaticano ecclesiae romanae tabulario regestum antiquissimum et prope synchronum ac plenissimum epistolarum praedicti pontificis; a quo codice apocrypha illa epistola prorsus abest, nec nisi in recentioribus Graecorum codicibus legitur. Idem usuvenit in byzantinorum episcoporum catalogo. Etenim in columnensi vat. codice, cuius aetas schisma Photii praecedit, initium fit, prout veritas postulat, a Metrophane sub magno Constantino. At recentior chronographus, quem nos edidimus, Ephraemius, cum neotericis aliis, facit initium sui catalogi a Stachy, apostolicorum temporum homine, fraude notissima Schismaticorum, ut apostolicam dignitatem byzantinae sedi vindicent. Quid ipse Photius? nonne in sua ad Armenios epistola insignem vel fraudem fecit, vel ab interpolatoribus passus est, dum pro Petro Lucam romanae cathedrae fundatorem scripsit, antiochensis autem Matthaeum? Passus inquam fortasse ab orientalibus interpolatoribus magis fraudem videtur Photius, quam dolo proprio tam absurde egisse: etenim Graeci passim, et quidem ipsi patriarchae ac synodi, iam inde a sardicensi et chalcedonensi, sedem Petri romanam numquam negarunt: et Photius idem in alia epistola de qua mox loquemur, romani pontificis apostolicum primatum agnoscebat ac fatebatur. Sane ad orientales quod attinet non semel mihi ab illarum gentium ho-*

minibus narrari memini, de singulari impudentia qua illic tum patres, tum ecclesiastici alii scriptores, synodorum canones, libri liturgici, et religiosi tractatus quilibet, praesertim quia manuscriptis plerumque adhuc utuntur codicibus, violari, deleri, abradi, minuique vel augeri solent, pro partium studiis ac sectis. Profecto, ut generatim iam loquar, abrasa in codicibus verba, supposita alia, immutata auctorum in titulis nomina, obductas de industria obscuritates, surrepta folia, atque alia eiusmodi vitia, nemo aliquando non comperit qui his in studiis aetatem triverit. Hinc divinae illae apud Apocalypsin XXII. 19. minae adversus huius sancti libri corruptores: hinc in tot codicum calce, auctorum vel librariorum dirae, ne qua fraus in ipsorum scripturas irrepat. Hinc etiam Xisti V. PP. anathemata, si quis umquam in bibliotheca a se Romae condita dolo malo quicquam abraserit.

De Photii epistola truncata.

11. *Utrum Schismaticorum item fraudi tribuendum sit, nec ne, quod adhuc sum dicturus, aequi lectores iudicabunt. Photii longam epistolam ad Nicolaum papam ob impetrandam sui in patriarchatu confirmationem, edidit latine tantum, Petro Morino interprete, Card. Baronius ad an.* 861. *n.* 54: *sed ea graece demum vulgata fuit ab Anthimo schismatico Remnicii episcopo in Valachia an.* 1706, *quem rursus textum prelo nuper in Gallia subiecit vir. cl. Iagerus in sua praeclara de Photio graeci schismatis auctore historia p.* 439. *Ego vero graecum ibi textum legens, statim agnovi (p.* 452.) *fine esse mutilatum, id quod illic tum hiulca sententia, et vocabula corrupta satis suadent, tum integra atque continua apud Baronium interpretatio plane demonstrat. Iam vero in graeca ante hanc diem parte inedita, Photius disertis verbis fatetur romani Pontificis primatum, dum ait illum inter Christianorum rectores πρωτεύειν λαχόντα et ὑπερέχειν, principem supremumque locum tenere; (id quod etiam Nicolaus Photii successor adfirmabat Spicil. rom. T. X. part.* 2. *p.* 293.) *Fatetur item Photius vigentem consuetudinem Christianorum confugiendi appellandique undique ad rom. sedem, ut pontificalium pedum fruerentur osculo, ut ad apostolorum limina orarent, et peccatorum veniam consequerentur. Tantum postulat, ne id sine commendaticiis patriarchae epistolis fieret: quo astu Photius romana peregrinatione et appellatione iis volebat interdicere, qui ne cum obtruso patriarcha, id est secum, communicarent, Romam confugiebant, ubi etiam Photii crimina revelabant; ideoque callide iis maledicit. Iam vero tota haec photianae epistolae pars graece excidit, ut in Valachorum atque etiam in Iageri editione videre est, qui sane vir doctus editionis defectum agnovit, neque tamen potuit graece supplere. Displicuisse autem editori Anthimo hunc epistolae Photii tractum, in quo Papam rom. ceu sibi superiorem adhuc reveretur, et de appellationibus ad apostolicam sedem loquitur, nil mirum est; nam totus ille Anthimi tomus schismaticis opusculis, romanae praesertim auctoritati adversantibus, scatet. Tum vero Valachos, calogeris suis auscultantes, alieno plerumque animo a romanis partibus extitisse, disco ex historia nupera quam de illa regione edidit Berolini vir doctus Mich. Kogalnitchanus T. I. p.* 237 (1). *Haud ergo temeraria fortasse suspicio est, partem illam epistolae dedita opera typis fuisse seclusam. Quod si quis mitius iudicare velit, et Anthimi editionem valachicam culpa potius codicis, fortasse mutili, mancam existimare; adhuc quaerendum superest quis lacunam in illo codice fecerit, casus ne aliquis, an schismatici hominis priscus dolus? Sed utcumque*

(1) In hoc berolinensi libro p. 129. memoratur etiam dynastia biennalis illius Heraclidae, de quo elegantem historiam ab amerino episcopo Ant. Gratiano scriptam edidi ego Spicil. rom. T. VIII.

se ista habent, en demum haec epistola a nobis ope duorum codicum vaticanorum graece completur.

Photii epistolae complementum.

Ἡ τῶν ἀληθῶς κανόνων φυλακὴ, σπουδαίῳ μὲν ἐποφείλεται παντὶ, πολὺ δὲ πλέον τοῖς ἐπευθύνειν τὰ τῶν ἄλλων ὑπὸ τῆς πρεσείας ἠξιωμένοις· καὶ τούτων ἔτι μάλιστα, ΤΟΙΣ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΤΟΥΤΟΙΣ ΠΡΩΤΕΥΕΙΝ ΛΑΧΟΥΣΙΝ· ὅσῳ γὰρ ὑπερέχουσι, τοσούτῳ νομοφυλακεῖν ὀφείλουσι· θᾶττόν τε γὰρ τὸ ἐκείνων ἐλάττωμα, εἶα δὴ κειμένων ἐν ὕψει, εἰς πάντας περιαγγέλλεται, κἀκεῖθεν τοὺς ἄλλους δεήσει πρὸς ἀρετὴν ἐπανάγεσθαι, ἢ πρὸς κακίαν ὑποσύρεσθαι· διὸ δεῖ καὶ τὴν ὑμετέραν πολυέραστον μακαριότητα τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας ἐν πᾶσι φροντίζουσαν, καὶ τῆς κανονικῆς ἀντεχομένην εὐθύτητος, τοὺς ἄνευ συστατικῶν γραμμάτων πρὸς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν ἐντεῦθεν ἀπαίροντας, μὴ ὡς ἔτυχεν ὑποδέχεσθαι· μηδὲ φιλοξενίας προσχήματι, μισαδελφίας παραχωρεῖν καταβάλλεσθαι σπέρματα· τὸ μὲν γὰρ καθ' ἑκάστην πρὸς τὴν ὑμῶν πατρικὴν ὁσιότητα τοὺς βουλομένους παραγίνεσθαι, καὶ τῶν τιμίων αὐτῆς ἀπολαύειν ἰχνῶν, τοῦτο λίαν ἐμοὶ προσφιλὲς, καὶ πρὸ πολλῶν ἄλλων τιμώμενον· τὸ δὲ χωρὶς τῆς ὑμετέρας εἰδήσεως, καὶ συστατικῶν γραμμάτων ἄνευ, ἀποδημίας ἀτάκτους ποιεῖσθαι, οὔτε ἡμῖν οὔτε τοῖς κανόσιν, ἀλλ' οὐδὲ τῇ ὑμῶν ἀδεκάστῳ κρίσει εὐπαρέδεκτον· ἐῶμεν γὰρ τ' ἄλλα ἃ συμβαίνειν εἴωθε, μὴ κατὰ τὸν κανόνα τὰς ἀποδημίας ποιουμένων, τῶν ἀποδημούντων τὰς μάχας, τὰς στάσεις, τὰς ἔριδας, τὰς φιλονεικίας, τὰς διαβολὰς, τὰς ἐπιβουλὰς, τὰς ἐπαναστάσεις, ἀλλὰ τό γε νῦν ὁρώμενόν τε καὶ πραττόμενον ἐρῶ· ἐπειδὰν γὰρ ἐνταῦθά τινες διὰ τῆς παθοποιοῦ ῥαστώνης τὸν βίον καταῤῥυπώσωσι, τῶν δὲ πλημμελημάτων εὐθύνας ἀπαιτεῖσθαι ὧσι προσδόκιμοι, μετὰ σεμνῆς τῆς ἐπωνυμίας φυγάδες γίγνονται, προσευχῆς ὄνομα τῇ φυγῇ περιθέμενοι, καὶ πρᾶξιν αἰσχρὰν ὀνομασίᾳ χρηστῇ συγκαλύψαντες· ὧν οἱ μὲν ἀλλοτρίους γάμους διώρυξαν, οἱ δὲ κλοπαῖς ἑαλώκεσαν, ἢ ταῖς μέθαις προεπόθησαν, ἢ ταῖς ἀκολασίαις ἐδουλώθησαν· ἄλλοι δὲ καὶ τῶν ταπεινοτέρων αὐτόχειρες ἐφωράθησαν, καὶ ἄλλοι ἄλλοις πάθεσιν ἀκαθαρσίας συνεσχέθησαν· οἳ ἐπειδὰν κατ' αὐτῶν τὴν δίκην ἀφιεμένην, ὥσπερ ἔφημεν, συναίσθωνται, ὁμοῦ πάντα κυκήσαντες τὲ καὶ συνταράξαντες, δρασμῷ τὰς ἐπὶ τοῖς αἰσχρουργηθεῖσι καὶ τολμηθεῖσι διακρούονται κολάσεις· μήτε ταῖς ἐπιτιμήσεσι σοφρονιζόμενοι, μήτε ταῖς τιμωρίαις θεραπευόμενοι, μήτε τοῦ πτώματος ἀνορθούμενοι, ἀλλ' αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις διατελοῦντες ὀλέθριοι· ἐξ ὧν τῷ βουλομένῳ πάθεσι τρυφᾶν ἡ πύλη πλατεία τῆς ἀπωλείας ὑπανοίγνυται· ἔχουσι γὰρ τῆς δίκης ἀποφυγεῖν τὴν ἐπὶ προφάσει πρεσευχῆς ἐπὶ Ῥώμην κάθοδον· ὧν τὴν κακότεχνον μηχανὴν ἡ ὑμετέρα παθεκτόνος καὶ θεοχαρίτωτος ἀνασκοπεῦσα κεφαλὴ, ἄχρηστον αὐτοῖς καὶ ἀτελεσφόρητον τὸν δόλον καὶ τὴν μηχανορράφον ἀποφαινέτω πρεαίρεσιν· τοὺς ἄνευ συστατικῶν παραγινομένους γραμμάτων, μετ' ἐπιμελείας ἐκεῖσε πάλιν ἐπαναστρέφουσα, ὅθεν κακῶς καὶ ἀτάκτως ἐξέφυγεν· οὕτω γὰρ ἂν αὐτῶν τε ἐκείνων ἡ σωτηρία πραγματεύσιτο, κοινή τε ἡ φροντὶς πᾶσιν ἐπ' ὠφελείᾳ ψυχῆς τὲ καὶ σώματος πρυτανεύσιτο.

Conclusio.

His ego apud Montfauconium lectis, et quum ne apud Corderii quidem catenam Eusebium uspiam post dictum terminum laudari viderem; quaesivi sedulo in vaticanis codicibus numquid forte lateret, quod ultra praedictam eius editionem excurreret. Et continui quidem commentarii, qualis apud Montfauconium est, tres vidi codices vaticanos, quorum tamen nullus ultra psalmum ·CXII·, praeter interiectas lacunas, procedebat. Ergo ad catenas vaticanas conversus, in quibus Eusebii abundant excerpta, in plerisque utique agnovi deficere omnino Eusebium post psalmum ·CXVIII·, quae res cum Montfauconii de parisiacis catenis narratione congruit. Sed tamen quod huic docto editori non obtigit, ut ultra eum terminum praetervehi posset, mihi commode ac feliciter obvenit: etenim inter tot vaticanas, tres inveni catenas, in quibus Eusebii excerpta non contemnenda usque ad psalterii finem leguntur. Prima est catena pervetusti membranei codicis, saeculi ferme XI, quem in Cyrilli editione (in qua vaticanas ad psalterium catenas descripsi) designavi littera D. Secunda est codicis item egregii bombycini, saeculi circiter XIII, quem denotavi littera C. Tertia est codicis G chartacei. Denique etiam in codicibus E et L, nonnulla Eusebii post ·CXVIII· psalmum scholia supersunt. Quae quum ita se haberent, nolui equidem oblatam facultatem omittere supplendi egregiam, quantum mihi licuit, Montfauconii editionem; et si non integrum Eusebii commentarium, saltem eius excerpta et reliquias studiose e codicibus sumptas, latinitate etiam, imminente prelo, a me donatas, ad ecclesiae usum perducere.

Porro haud continuum hunc esse commentarium, iam dixi, quia nonnisi e catenis excerptus a nobis fuit. Quid vero? Nonne et Athanasii in psalmos, nonne etiam Theodoreti in Isaiam deperditae expositiones, prioris quidem a Montfauconio, posterioris a Sirmondo e catenis tantummodo delibatae fuerunt? Et quidem iudicare se dicit Sirmondus, medullam haud dubie sucumque cuiusque scripti contineri in catenis solere. Etsi autem haec Eusebii scholia in plerisque psalmis tenuiora sunt; attamen in aliquot ita abundant, ut prope ex integro opere superesse videantur, si certe partim psalmorum quorumdam brevitatem, partim scholiorum copiam spectemus, veluti ad psalmos 125. 127. 132. 134. 140. *et ad* 145. 149. 150. *Iamvero theologicus in hac nova Eusebii parte de Christi divinitate sensus sanus orthodoxusque ubique est, moralis autem et doctrinalis valde pius et utilis, de recte agenda vita, de orandi usu, de animae immortalitate, de futura vita, de haereticorum reprehensione etc. Ad sacram criticen et philologiam quod adtinet, laudat Eusebius non semel Aquilam, saepius Symmachum, quandoque etiam Theodotionem, septuaginta Interpretes, quintam Editionem, et varios interdum codices, denique Hebraeorum textum atque idiotismos. Quare et nova hexaplaribus varietatibus accessio hinc fieri videbitur. Ad psalmum* 134. *loquitur diserte Eusebius de ethnicorum sua aetate conversione, quos reapse, regnantis potissimum exemplo Constantini, plurimos ad christianam fidem accessisse scimus. Qualiscumque demum sit horum scholiorum usus, certe tam prisci clarique hominis nullae a me praetermittendae reliquiae erant.*

EIUSDEM EUSEBII

RELIQUIAE COMMENTARIORUM IN LUCAM
ITEM LIBRORUM DE EVANGELICA THEOPHANIA
ITEM LIBRI DE PASCHATE.

Post praedictam commentariorum in psalmos continuationem, commodum nobis visum est, partem haud ita modicam commentariorum eiusdem Eusebii in Lucae evangelium subtexere, quam anno 1831. *graece tantummodo edidimus e duobus vatt. codicibus sumptam, nunc vero novis repertis, in aliis codicibus vaticanis, segmentis auctam, et latina quoque interpretatione donatam, ad communem ecclesiae usum deferimus. Quin adeo quum aliorum duorum Eusebii operum item desideratorum, id est* 1. περὶ τῆς εὐαγγελικῆς θεοφανείας, de evangelica theophania *sive* Dei manifestatione; 2. περὶ τοῦ πάσχα, de paschate, *fragmenta egregia ex vatt. item codicibus graece tantum olim ediderimus, nunc eadem latino etiam sermone loquentia, ne graece ignaros haec egregia diutius scripta lateant, imprimenda curamus.*

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ ΑΠΟ ΡΙΘ ΕΩΣ ΡΝ.

EUSEBII EPSCOPI CAESARIENSIS

COMMENTARIORUM IN PSALMOS A ·CXIX· AD ·CL·

RELIQUIAE SUPERSTITES IN CODICIBUS VATICANIS.

Psalmus CXIX.

Canticum graduum.

Qui a Dei bonis exciderunt, ad haec denuo adsurgunt, si ad huiusmodi ascensionem semet comparaverint. Hanc ergo praeparationem prae se ferens psalmista, primo hoc (graduum) psalmo ascensionem, quae per tribulationem fit, exponit.

A lingua dolosa.

Id est ab omni fallaci sententia et deceptione. Oportet enim, eum qui initium proficiendi facit, a nemine falsis persuasionibus in errorem abduci.

Quid detur tibi? etc.

Audito orante Deus, veluti illud, adhuc te loquente, ecce adsum; respondet ei, dicitque: macte animo, o homo; nosti enim, validum te protectorem defensoremque habere, armis pro te adversus hostes decertantem: nam sagittas contra ipsos acuit, desolatorios carbones adversus eos paravit, et instructus suppliciis venturus est. Quid ergo insuper tibi dari postulas? vel quidnam tibi addi velis, post tantum potentis Dei contra impios apparatum?

Cum tabernaculis Cedar.

Cedar gelu generationis et obscuritatis significat. Habitavi itaque ait in tabernaculis obscuritatis, id est in mortali corpore: et anima mea ipsa saepe, inquit, diuque incola fuit.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΙΘ'.

ᾠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν. V. 1.

Οἱ καταπεσόντες ἀπὸ τῶν τοῦ θεοῦ καλῶν, ἀναβαίνουσιν ἐπὶ ταῦτα, παρασκευάσαντες εἰς τὴν ἀνάβασιν ἑαυτούς· τὴν οὖν παρασκευὴν ἱκανῶς ἐπιδείξας ὁ ψαλμῳδὸς διὰ τοῦ πρώτου ψαλμοῦ εἰσάγει τὴν ἀνάβασιν τὴν διὰ τῶν θλίψεων. C. f. 281. b.

Ἀπὸ γλώσσης δολίας. V. 2.

Τοὐτέστιν ἀπὸ πάσης ψευδοδοξίας καὶ ἀπάτης· δεῖται γὰρ ὁ ἐν ἀρχῇ προκοπῆς τυγχάνων ὅπως μηδεὶς αὐτὸν παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ. C. f. 282.

Τί δοθείη σοι; κ. τ. λ. V. 3.

Ἐπακούσας ὁ λόγος τοῦ προσευξαμένου, κατὰ τὸ, ἔτι λαλοῦντος σου ἰδοὺ πάρειμι *, ἀποκρίνεται αὐτῷ καὶ φησί· θάρσει, ὦ οὗτος, εἰδὼς ὅτι προστάτην καὶ ὑπέρμαχον ἔχεις δυνατὸν, ὅπλοις χρώμενον ὑπὲρ σοῦ κατὰ τῶν σῶν πολεμίων· βέλη τε γὰρ ἠκόνησεν κατ' αὐτῶν, καὶ ἄνθρακας ἡτοίμασεν ἐρημοποιοὺς εἰς αὐτούς, μετελεύσεται ἐν ἐν ταῖς κατ' αὐτῶν τιμωρίαις· τί οὖν πλέον αἰτεῖς δοθῆναί σοι; ἢ τί θέλῃς προστεθέναι σοι μετὰ τὴν τοσαύτην τοῦ δυνατοῦ κατὰ τῶν ἀσεβῶν παρασκευήν; C. f. 282. * Is. LVIII. 9. C. f. 191. b.

Μετὰ τῶν σκηνωμάτων Κηδάρ 1). V. 5.

Κηδὰρ πάγος γενεᾶς δύναται καὶ σκοτασμός· κατεσκήνωσα οὖν φησι μετὰ τῶν σκηνωμάτων τοῦ σκοτασμοῦ, ὅπερ ἐστὶ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου· καὶ ἡ ψυχή μου αὕτη φησὶ πολλὰ πλεονάκις παρῴκησεν. C. f. 282. b. D. f. 312. b.

1) Recte cod. C. tantummodo sic: ὁ Εὐσέβιος Κηδὰρ ἑρμηνεύεται σκοτασμόν (a קֵדָר.)

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚ.

Ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς τὰ ὄρη.

Ὁ τῆς δουλείας ὑπὸ τῆς ἐχθρᾶς ἀπαλλαγείς, καὶ κατ' αὐτὴν ἤδη γεγονὼς τὴν ὁδὸν τὴν ἀγούσαν ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ πόλιν, ἄνω τοὺς ὀφθαλμοὺς ἤδη κἀκεῖσε εἰς τὰ ὄρη ἐπαίρει, κατανοῶν καὶ πολυπραγμονῶν πόθεν αὐτῷ ἥξει βοήθεια· τὰ μέρη δὲ πάντα τοῦ κοσμου καὶ τὰ ὕψη περιαθρήσας, ἐν οὐδενὶ τῶν αἰσθητῶν εὑρίσκει τὸ ζητούμενον· πρὸς δὲ καὶ ψυχῆς ὀφθαλμοὺς ἐπὶ τὸν ποιητὴν * καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων ἀναδραμών, ἐνταῦθα ἵσταται, καὶ τὴν δευτέραν ᾠδὴν ᾄδει λέγων· ἡ βοήθειά μου παρὰ κυρίου τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

* Duo cod. ποιητην

Κύριος φυλάξει σε.

Τὸν διαπαντὸς εἰς τὸν Θεὸν ἀποβλέποντα αὐτὸς ὁ ἄϋπνος φυλάττει Θεὸς, καὶ τούτου τὴν δεξιὰν χεῖρα σκέπει, ἅτε δεξιαῖς πράξεσι χρωμένου, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐλαύνοντος τῇ ἑαυτοῦ δεξιᾷ· μάλιστα γὰρ τῇ δεξιᾷ τῶν Θεοφιλῶν ἐπιβουλεύουσι πειρῶνται δὲ ἐμφανῶς· οὕτω μὲν οὖν εἴρηται *· καὶ Ἰησοῦς ἦν ἐνδεδυμένος ἱμάτια ῥυπαρὰ, καὶ ὁ διάβολος ἵστηκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ.—Μάλιστα δὲ Θεὸς ἀπὸ κακίας φυλάττει, κἂν τὰ ἐκτὸς ᾖ τὸ σῶμα λυπῇ· περὶ γοῦν Ἰὼβ παρήγγειλε· * μόνην τὴν ψυχὴν αὐτοῦ διαφύλαξον· δεῖται δὲ φυλακῆς ἡ ψυχὴ κατὰ τὸν τῆς ἐξόδου τοῦ βίου καιρὸν, καὶ κατὰ τὴν εἴσοδον τὴν εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ πόλιν· τί γὰρ ὄφελος εἰ ἐν μέσῳ τῇ ὁδῷ πεσὼν τίς ἀπώλετο; διὸ μὴ μακαρίσῃς ἄνθρωπον πρὸ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ.

Ἡμέρας ὁ ἥλιος οὐ συγκαύσει σε.

Νεφέλη φωτεινὴ οὐκ ἐᾷ συγκαίεσθαι ὑπὸ ἡλίου τοὺς κατὰ Θεὸν ὁδεύοντας· καὶ ἀναλογεῖται ταύτης βοηθεῖ εἰς τὸ μηδὲ ὑπὸ νυκτερινοῦ φωστῆρος παθεῖν αὐτούς.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΑ'.

Εὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι κ. τ. λ.

Τὴν ὁδὸν βαδίζων τὴν ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀγουσαν, παιδευόμενος περὶ τοῦ τέλους αὐτῆς, εὐφροσύνης ἐπ' αὐτῇ τῇ τῶν μελλόντων ἀκοῇ πληροῦται· διὸ καὶ ὁμολογεῖ καλῶν καὶ ἀγαθῶν διδασκάλων τυχὼν τῶν εἰρηκότων αὐτῷ, εἰς οἶκον κυρίου πορευσώμεθα· καὶ μᾶλλον εἰπείγεται, τὴν πορείαν μετ' εὐφροσύνης ποιούμενος.—Τῶν ἐπανιόντων ἀπὸ Βαβυλῶνος, ὁ μὲν πολὺς, νέος ἦν λαὸς ἐν αὐτῇ γεννηθεὶς Βαβυλῶνι· βραχεῖς δέ τινες ἐν αὐτοῖς ὑπῆρχον παλαιοὶ ἄνδρες καὶ σφό-

PSALMUS CXX.

Levavi oculos meos in montes

Ab hostili servitute expeditus, atque in ipsa iam via constitutus, quae ad Dei civitatem ducit, oculos ad montes hac illac attollit, observans atque vestigans, undenam sibi auxilium sit adfuturum. Porro cunctis mundi partibus ac summitatibus exploratis, nulla in re sensibili rem quaesitam comperit. Mente igitur animaeque oculis ad auctorem creatoremque rerum omnium confugiens, ibi sistit, alterumque hoc canticum concinit dicens: auxilium meum a Domino, qui fecit caelum et terram.

Dominus custodiet te.

Eum qui semper ad Deum spectat, ipse vigil custodit Deus, eiusque dexteram protegit manum, quia et ille dexteris actibus utitur, et inimicos sua dextera repellit. Certe Deo dilectorum dexterae insidiantur potissimum hostes. Sic itaque dictum fuit: et Iesus indutus erat vestibus sordidis, stabatque diabolus a dextris eius.—Praecipue vero Deus a nequitia tuetur, etiamsi forte exteriora nostra seu corpus affligat. Quamobrem et de Iobo mandavit: animam eius tantum serva. Porro anima indiget tutela, cum vitae exitus tempus instat, et cum ad Dei civitatem iter carpit. Quid enim proderit, si quispiam in medio itinere cadens pereat? Itaque neminem ante mortem beatum dicas.

Per diem sol non uret te.

Splendida nubes haud eos sinit uri sole, qui ad Deum pergunt. Parique ratione opem fert, quominus ne a nocturno quidem luminari detrimentum patiantur.

PSALMUS CXXI.

Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi etc.

Dum via proficiscitur ad Deum ducente, cognito eius termino, gaudio repletur, futurarum rerum nuncio audito. Quare et praedicat, se bonos egregiosque magistros nactum esse, qui sibi aiunt: in domum Domini ibimus. Ideoque magis festinat, viam cum gaudio carpens.—Illorum qui Babylone redibant pars maior, populus novellus erat in ipsa genitus Babylone. Pauci vero quidam inter eos erant prisci viri, senes admodum, qui Hierosolymis

illuc descenderant, et septuaginta ibi annis transactis, postea cum novo populo revertebantur. Hi autem a novo populo interrogati, quonam iter tenderent? respondent quodammodo aientes: in domum Domini ibimus. Rursus, hoc audito, novus ille populus exhilaratus, denuo sciscitari videtur, undenam illis haec notitia esset? Hi porro respondent: stantes erant pedes nostri in atriis Hierusalem: hi nimirum ipsi pedes qui vobiscum nunc gradiuntur, in atriis olim stetere Hierusalem. Quamobrem rei probe conscii, eam vobis nunciamus: nam et aedificiorum urbis rationem, eiusque typum, ac propemodum delineationem, memoria accurate tenemus. Non enim erat urbs hac illac sparsa, et scissa, atque in multas partes secta, sed ita aedificata, ut una videretur domus, propter aedificiorum eius cohaerentiam atque harmoniam. Ideo dictum est: ut civitas, cuius participatio eius in id ipsum. Huiusmodi sunt, ad sententiam quod attinet, cunctae apud Deum diversantes animae, vivi lapides, quibus verum Dei templum aedificatur, una mente unaque concordi sententia compactum.

ὄρα πρεσβύτερει, οἱ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καταβεβηκότες ἐκεῖ, καὶ παραμείναντες τὸν ἑβδομήκοντα ἔτι χρόνον, μεθ' ὃν ὑπέστρεφον ἅμα τῷ νέῳ λαῷ· τούτων τοίνυν ἐρωτωμένων παρὰ τοῦ νέου λαοῦ ὅπου τὴν πορείαν ποιεῖντο, ἀποκρινομένους εἰσνεῖ καὶ λέγοντας, εἰς εἶκον κυρίου πορευσώμεθα. Ἐπὶ δὲ τοιαύτῃ ἀκοῇ τὸν νέον λαὸν εὐφρανθέντα, δεύτερον ἐξετάσαι πόθεν τοῖς λέγουσιν ἡ γνῶσις; τοὺς δὲ ἀποκρίνασθαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ εἰπεῖν· ἑστῶτες ἦσαν οἱ πόδες ἡμῶν ἐν ταῖς αὐλαῖς Ἱερουσαλήμ· καὶ οἱ πόδες οὗτοι οἱ νῦν ἐνταῦθα ἅμα ὑμῖν βαδίζοντες, ἑστῶτες ποτὲ ἐτύγχανεν ἐν ταῖς αὐλαῖς Ἱερουσαλήμ· ὅθεν ἀκριβῶς εἰδότες, ταῦτα ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα, καὶ τὸν τρόπον δὲ τῆς οἰκοδομῆς τῆς πόλεως, καὶ τὸν τύπον αὐτὸν, ὡς ἂν εἴποι τίς, καὶ τὸ σχῆμα, ἀκριβῶς φέρομεν διὰ μνήμης· ἦν γὰρ ὡς πόλις οὐ διεσπαρμένη ὧδε κἀκεῖσε, οὐδὲ ἀπεσχισμένη καὶ διεστῶσα εἰς μέρη πολλὰ, ἀλλ' οὕτως ἦν ᾠκοδομημένη ὡς δοκεῖν ἕνα εἶναι εἶκον, διὰ τὴν συνάφειαν καὶ ἁρμονίαν τῶν ἐν αὐτῇ οἰκοδομημάτων· διὸ λέλεκται, ὡς πόλις ἦν ἡ μετοχὴ αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό· τοιαῦται δέ εἰσι κατὰ διάνοιαν πᾶσαι αἱ παρὰ Θεῷ ψυχαὶ, καὶ οἱ ζῶντες λίθοι, δι' ὧν οἰκοδόμηται ὁ ἀληθινὸς νεὼς τοῦ Θεοῦ, τῷ αὐτῷ νοὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ κατηρτισμένος.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, testimonium Israhel ad confitendum nomini Domini.

Ἐκεῖ γὰρ ἀνέβησαν αἱ φυλαὶ, φυλαὶ κυρίου, μαρτύριον τῷ Ἰσραὴλ, τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματι κυρίου. v. 4.

Illic enim sacrificare, orare, sacros conventus agere iussit Deus; ne late dispersi, occasionem pergendi ad idola nanciscerentur. Dei vero testimonium locum illum appellavit, quippe quod erat maximum providentiae illius indicium: namque ibi lex legebatur, et egregia prisca facinora narrabantur, gentisque conventus fiebat quo caritas mutua constringebatur.

Ἐκεῖ γὰρ θύειν, εὔχεσθαι, πανηγυρίζειν, ἐκέλευσεν· ὡς ἂν μὴ πανταχοῦ πλανώμενοι, πρόφασιν ἔχωσιν ἐξόδους ποιεῖσθαι πρὸς εἰδωλα· θεοῦ γὰρ τοῦτο μαρτυρίαν ἐκάλεσεν· τῆς γὰρ αὐτοῦ προνοίας τοῦτο μέγιστον τεκμήριον ἦν· καὶ γὰρ ἐκεῖ ὁ νόμος ἀνεγινώσκετο, διηγήματά τε κατορθωμάτων ἀρχαίων, καὶ σύνοδον ἐποιοῦντο τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην συνσφίγγουσαν. G. f. 193. b.

Rogate quae ad pacem sunt Hierusalem.

Ἐρωτήσατε δὲ τὰ εἰς εἰρήνην τὴν Ἱερουσαλήμ. v. 6.

Semper enim et omni tempore tui memores, o Hierusalem, de pace tua cum fratribus nostris proximisque loquimur, id est cum populo novo, ut tui desiderium haec narrantes eis excitemus. Sed et preces nostrae omnes ob Dei domum fiebant, quia huic bona omnia a Deo imprecabamur.

Ἀεὶ γὰρ φησι καὶ πάντοτε μνημονεύοντές σου, ὦ Ἱερουσαλὴμ, τὰ περὶ τῆς σῆς εἰρήνης διαλεγόμεθα τοῖς ἀδελφοῖς τοῖς ἡμετέροις καὶ τοῖς πλησίον ἡμῶν, τουτέστι τῷ νέῳ λαῷ, εἰς πόθον αὐτοὺς ἄγοντες τὸν περὶ σὲ διὰ τῆς περὶ σοῦ διδασκαλίας· ἀλλὰ καὶ ἡ πᾶσα ἡμῶν εὐχὴ ἕνεκα τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐγίνετο, ζητούντων ἀγαθά σοι τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ. C. f. 285. b.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΒ'.

v. 1. Πρός σέ ἦρα τούς ὀφθαλμούς μ υ τόν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ.

D. f. 315. Ἐπείπερ οὐρανός θρόνος ἐστὶ τοῦ θεοῦ, διὰ τοῦτο κατοικεῖν λέγεται ἐν τῷ οὐρανῷ· οὐδεὶς δὲ θησαυρίζων ἐπὶ γῆς, εἴποι ἂν τῷ θεῷ, πρός σὲ ἦρα τούς ὀφθαλμούς μου τόν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ· ὅπου γάρ ὁ θησαυρός σου, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία σου· εἰ μὲν οὖν ὀφθαλμοὶ τοῦ ἄφρονος, ἐπ' ἄκρα γῆς, ἢ ἐφ' ὁτιδήποτε οὖ ἐπιθυμεῖ· ἐμβλέπει γάρ ποτε γυναῖκα πρός τό ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς· εἰ δὲ τοῦ δικαίου, διαπαντός πρός τόν θεόν.

v. 2. Ἰδού ὡς ὀφθαλμοί δούλων εἰς χεῖρας τῶν κυρίων αὐτῶν.

D.f. 315. G. f. 191. F. f. 229. b. Εὐαγγελισθεὶς ὁ νέος παρά τῶν πρεσβυτέρων λαός διά τῆς πρὸ ταύτης ᾠδῆς, οὐκ ἐπ' ἄλλο τί φησιν ἐλπίζω, ἢ ἐπὶ σὲ τόν οὐκ ἐν τῇ κάτω Ἱερουσαλὴμ ἀλλ' ἐν οὐρανῷ κατοικοῦντα· μόνοις δὲ τοῦτο λέγειν ἁρμόττει τῆς ἀπηλλαγμένοις αἰχμαλωσίας, καὶ τό τῆς ψυχῆς διρατικόν ἐρρωμένοις· ψυχῆς δὲ ὀφθαλμός ἄνω μὲν ὁρῶν, ὠφελεῖται· κάτω δε, βλάπτεται.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΓ'.

v. 2. Ἐν τῷ ἐπαναστῆναι ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς.

E. f. 267. Οἱ φήσαντες ἐλέησον ἡμᾶς, κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς, νῦν ὡς ἐπακουσθέντες εὐχαριστοῦσι θεῷ· τά δὲ παρόντα διδάσκεται λέγειν ὁ διρατικός, τόν θεόν ἔχων πρό ὀφθαλμῶν· οὕτως γάρ Ἰσραὴλ ἐπινίκιον ᾠδήν τῷ νικοποιῷ προσάγων θεῷ· διδάσκουσι δὲ τούς νέους οἱ γεγηρακότες, καὶ οἱ μαθηταὶ ὑπακούουσιν· Ἰσραὴλ δὲ τοῦ ἔχοντος ἐν ἑαυτῷ τόν θεόν, τό δύνασθαι λέγειν· εἰ μὴ ὅτι κύριος ἦν ἐν ἡμῖν· τοιοῦτος ἦν ὁ ὑπὸ Μωϋσέως γενόμενος Ἰσραήλ, ᾧ ἐλέγετο *, σιώπα, καὶ ἄκουε Ἰσραήλ· καὶ κύριος πολεμήσει ὑπέρ ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς σιγήσεσθε.

* Deut. XXVII. 10.

v. 3. Ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς.

D. f. 315. b. Καὶ ὁ περιστατικός δὲ καιρός, εἰ καὶ σφοδρός, ἀλλὰ χειμάρρου δίκην ὀλιγοχρόνιος.

v. 6. Εὐλογητός κύριος κ. τ. λ.

C. f. 287. b. Καὶ τίνα εὐλογεῖν καὶ ὑμνεῖν ἔδει ἐπὶ τῷ μὴ ἁλῶναι τῆς βουλομένοις ζῶντας καταπιεῖν ἡμᾶς ἀνθρώπους, ἢ τόν κύριον τόν ὄντα ἐν ἡμῖν; οἱ ἐπὶ τό θηρεῦσαι ἡμᾶς ὁρμήσαντες, ἵνα καταφάγωσιν ἡμᾶς, οὐ δεδύνηνται ὡς ἔσπευδον διαθεῖναι· ἐξηγριωμένοι γάρ οἱ ὠμόθυμοι λέοντες τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν θηρεῦσαι ἡμᾶς ἐγλίχοντο· ἀλλ'

Psalmus CXXII.

Ad te levavi oculos meos qui habitas in caelo.

Quia caelum thronus Dei est, idcirco hic in caelo habitare dicitur. Nemo autem qui in terra opes congerit, Deo dicet: ad te levavi oculos meos, qui habitas in caelo: namque ubi thesaurus tuus, ibi et cor tuum erit. Ergo insipientis hominis oculi terrae superficiem spectant, vel aliud quidvis concupitum: nam et mulierem quandoque aspicit, ut eam concupiscat. Iusti tamen hominis oculi Deum semper spectant.

Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum.

Eruditus a senioribus novus populus in superiore psalmo, in nulla inquit re spem colloco, nisi in te qui non inferiorem Hierusalem sed caelestem incolis. Ab iis autem tantummodo haec dici decet qui servitute sunt expediti, validaque animae visuali vi sunt praediti. Porro animae oculus si sursum spectet, bene illi est; sin deorsum, detrimentum patitur.

Psalmus CXXIII.

Quum exsurgerent homines adversum nos.

Qui dixerant, miserere nostri, Domine, miserere nostri; nunc ceu precibus suis auditis, gratias Deo agunt. Haec autem dicere docetur homo perspicax, qui Deum scilicet prae oculis habet. Sic enim se habet Israhel triumphalem hymnum Deo victoriae datori concinens. Porro ita seniores docent adolescentulos, qui discipulorum instar auscultant. Israheli autem, Deum intra se possidenti, dicere congruit: nisi Dominus fuisset in nobis. Huiusmodi erat sub Moyse Israhel, cui dicebatur: sile, et audi Israhel. Dominus pro vobis pugnabit, et vos silebitis.

Fortasse vivos degluttissent nos.

Calamitatis tempus, quamvis sit vehemens, nihilominus torrentis instar breve est.

Benedictus Dominus etc.

Quem vero laudare hymnisque celebrare oportebat, propterea quod praedae non fuerimus hominibus qui degluttire nos volebant, nisi Dominum qui apud nos est? Utique illi ad capturam nostram ruentes, ut nos devorarent, consilia sua exsequi haud potuerunt. Exasperati enim crudeli animo leones, dentibus suis nos capere ave-

bant; sed tamen scopo suo potiri nequiverunt, haud nos illis tradente Domino: cui etiam benedicimus, qui nos a furentibus hostibus liberavit.

οὐκ ἐπέτυχον τοῦ σπουδαζομένου, μὴ δόντος ἡμᾶς τοῦ κυρίου· ὃν καὶ εὐλογοῦμεν ῥυσάμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῶν φονικῶν καθ' ἡμῶν διατεθέντων.

Psalmus CXXIV.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΔ'

Montes in circuitu eius

Ὄρη κύκλῳ αὐτῆς. v. 2.

Haec aiunt qui longa emensa via ad materialem Hierusalem reversi sunt, ceu iam in tuto constituti, nec tam loco quam fiducia erga Dominum alacres; quod sane melius est quam urbis Hierusalem incolatus. Praeterea ubinam melius se haberet populus? Nam locum quidem circumstare montes heic dicuntur; populi autem, cuius causa etiam locus honoratur, vere Deus est custos, simulque loci, si modo populus dignus fuerit.

Ταῦτα φασὶν οἱ μετὰ τὴν μακρὰν ἐπανελθόντες ὁδοιπορίαν ἐπὶ τὴν αἰσθητὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς ἤδη λοιπὸν ἐν ἐσφαλείᾳ γενόμενοι, οὐ τῷ τόπῳ, τῇ δὲ πεποιθήσει τοῦ κυρίου θαῤῥοῦντες. ὃ δὴ κρεῖττον τοῦ κατοικεῖν Ἱερουσαλήμ· καὶ ἐπεὶ τοῦτό που κρεῖττον ἦν ὁ λαός; τοῦ μὲν τόπου ὄρη λέγεται κύκλῳ. τοῦ δὲ λαοῦ, δι' ὃν καὶ ὁ τόπος τετίμηται, ὄντως ὁ Θεὸς, ὁ καὶ τὸν τόπον φυλάττων, ὅτε ἄξιος ὁ λαός. D. f. 316. b. G. f. 196.

Abducet Dominus cum operantibus iniquitatem.

Ἀπάξει κύριος μετὰ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν. v. 5.

Verbum abducet heic significat tradet; nempe abducet in immunditiam quam sibi elegerunt, in passiones ignominiae reprobamque mentem, ut agant quae minime oportet.

Τὸ ἀπάξει, τὸ παραδώσει θηλεῖ· εἰς τὴν ἀκαθαρσίαν ἣν εἵλοντο, εἰς πάθη τε ἀτιμίας καὶ ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα. E. f. 268.

Psalmus CXXV.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΕ'.

Cum converteret Dominus captivitatem Sion.

Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν Σιών. v. 1.

Apostoli vaticinantur haec de se dictum iri et de gentibus; deinde res eventuras semini et messi. Certe Davidis tempore nulla captivitas fuit; quamobrem de spiritali fortasse sermo est. Alius dicet haec prophetice significari futura. Nempe aliquanta captivorum pars Babylone redux, recuperata Hierusalem, de iis qui Babylone remanserant canticum hoc non sine bona expectatione Deo extollit. Aiunt ergo nondum suum gaudium esse completum; fore autem, cum universa natio ex hostili regione ad propriam redierit. Hanc nimirum loci sententiam reliqui interpretes sistunt: nam pro, facti sumus sicut consolati, concorditer omnes aiunt: facti sumus quasi somniantes; non autem vera libertatem nostram visione spectantes. Porro instar verae perspicuaeque visionis erit laetitia nostra, postquam reliqui quoque fratres nostri a captivitate fuerint reversi. Quam rem gentes quoque nobis gratulabuntur, ceu qui membra nostra recuperaverimus. Unum quippe salvatorum hominum corpus est.

Οἱ ἀπόστολοι ταῦτα προφητεύονται λέξειν περὶ ἑαυτῶν καὶ τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ μετὰ ταῦτα ἀποφανεῖσθαι περὶ σωρὸν καὶ θερισμοῦ· κατὰ τοὺς τοῦ Δαβὶδ χρόνους οὐκ ἦν ἡ αἰχμαλωσία· τάχα οὖν περὶ τῆς νοητῆς ταῦτα φησίν· ἐρεῖ δὲ ἄλλος ὅτι προφητικῶς τὸ μέλλον θηλοῦται 1).— Μέρος τί τῆς αἰχμαλωσίας ἐπανελθὸν ἀπὸ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ἀπολαβὸν τὴν Ἱερουσαλὴμ, περὶ τῶν ἀπομεινάντων ἐν Βαβυλῶνι τὴν προκειμένην ᾠδὴν ἐπ' ἀγαθαῖς προσδοκίαις ἀναπέμπει· φασὶ δὲ ὅτι οὔπω μὲν τελείως τὰ τῆς ἡμετέρας χαρᾶς πεπλήρωται· ἔσται δὲ τοῦτο ὅτε τὸ πᾶν ἔθνος ἀπὸ τῆς πολεμίας ἐπὶ τὴν οἰκείαν γῆν ἐπανέλθῃ· ταύτην δὲ τὴν διάνοιαν παρίστησιν ἡ τῶν λοιπῶν ἑρμηνεία· ἀντὶ γὰρ τοῦ ἐγενήθημεν ὡς παρακεκλημένοι, συμφώνως οἱ πάντες φασὶν, ἐγενήθημεν ὡς ἐνυπνιαζόμενοι, ἀλλ' οὐχ ὕπαρ τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν φανταζόμενοι· ἔσται δὲ ὕπαρ καὶ ἐναργὴς ἡμῶν ἡ χαρὰ, ἐπειδὰν καὶ οἱ λοιποὶ ἡμῶν ἀδελφοὶ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἐπανέλθωσιν· ἐφ' ᾧ καὶ τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν ἡμᾶς, ὡς ἴδια μέλη κομισαμένους· ἓν γὰρ τὸ σῶμα τῶν σωζομένων. C. f. 289. b. D. f. 317. b. G. f. 197.

Tunc repletum est gaudio os nostrum.

Τότε ἐπλήσθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν. v. 2.

Eorum, qui divina eloquuntur, in quibus spi-

Τοὺς λέγοντας * τὰ θεῖα ἐφ' οἷς καρπὸς πνεύ- * ita codd.

1) Nonnullis patribus, qui gradualium quoque psalmorum auctorem Davidem existimaverunt, nunc addatur Eusebius.

D. f. 317. b. G. f. 197.

ματος, χαρὰ τοῖς ἀκούουσιν τὸ μὲν στόμα γίνεται καὶ ἐπληρώθη χαρᾶς, ἡ δὲ γλῶσσα ἀγαλλιάσεως, ἀφ' ὧν ῥεῖ χαρὰ καὶ ἀγαλλίασις· τούτων δὲ γινομένων, οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν διδασκόμενοι λέγουσιν· ἐμεγάλυνε κύριος τοῦ ποιῆσαι μετ' αὐτῶν· καὶ περὶ ἑαυτῶν δὲ φασὶν εὐχαριστοῦντες, ἐμεγάλυνε κύριος τοῦ ποιῆσαι μεθ' ἡμῶν· ἐγενήθημεν εὐφραινόμενοι. Ἐπὶ μὲν τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος ἐκαθίσαμεν καὶ ἐκλαύσαμεν· ἐν δὲ τῷ ἐπιστρέψαι τὸν κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν, ἐπλήσθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν * ἐπ' ἂν ποιήσωμεν τῷ στόματι φυλακὴν *· καὶ τὸ στόμα δικαίου μελετᾷ σοφίαν *· καὶ τὸ ἄνοιγε σὸν στόμα *, λέγει θεός· καὶ ὅμοια· τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέωγε πρὸς ὑμᾶς Κορίνθιοι *· τότε ἀληθεύοντες φήσομεν· τότε ἐπλήσθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν. Καὶ μετ' ὀλίγα. Ἐπ' ἂν δὲ φυλάξωμεν τὰς ὁδοὺς τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν τότε πληρωθήσεται ἡ γλῶσσα ἡμῶν ἀγαλλιάσεως· ἐπλήσθη δὲ χαρᾶς καὶ τὸ Φίλιππου στόμα, ὅτε ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, εὐηγγελίσατο τὸν Ἰησοῦν τῷ εὐνούχῳ αἰθίοπι *.

* deest aliquid.
* Ps. XXXVIII. 2.
* Ps. XXXVI. 30.
* Ps. LXXX. 11.
* II. Cor. VI. 11.
* Act. VIII. 32.

v. 3. Ἐμεγάλυνε κύριος τοῦ ποιῆσαι μεθ' ἡμῶν.

D. f. 318.

Ἀνωτέρω μὲν ὡς ἤδη ἐπιστροφῆς ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας γινομένης, εἴρηνται οἱ δύο στίχοι· νῦν δὲ ὡς ἔτι ἐν αἰχμαλωσίᾳ ὢν, ταῦτα φησὶν ὁ προφήτης, τὸ μὲν πρότερον προφητεύων οἶμαι περὶ τῶν ἀποστόλων, τὸ δὲ δεύτερον ἐκ προσώπου λέγων τῶν ἐθνῶν· τῶν γὰρ ἐν τοῖς ἔθνεσίν ἐστιν τὰ ἀπὸ τοῦ ἐμεγάλυνε κύριος τοῦ ποιῆσαι μετ' αὐτῶν, ἕως τοῦ ὡς χειμάρρους ἐν τῷ νότῳ.

v. 4 Ἐπίστρεψον κύριε τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν.

C. f. 289. b.

Ἀκολούθως καὶ ταῦτα προσέθηκαν τοῖς πρώτοις· οὐ γὰρ ἀναισθητοῦντες φησὶ τῆς εἰς ἡμᾶς ἤδη γενομένης εὐεργεσίας, ταῦτα φαμὲν, ἀλλ' ὁμολογοῦντες ὅτι μεγάλα μὲν ἐποίησε μεθ' ἡμῶν ὁ θεὸς, καὶ ἤδη γεγόναμεν ἐν εὐφροσύνῃ· οὕτω δὲ ἔχοντες, ὅμως ὑπὲρ τῶν καταλειπῶν μελῶν ἡμῶν δεόμεθα καὶ ἱκετεύομεν λέγοντες· ἐπίστρεψον κύριε τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν ὡς χειμάρρους ἐν τῷ νότῳ· ἄτοπον γὰρ τοὺς μὲν τῆς θείας γνώσεως ἐξερημένους, τὴν εἰς ἡμᾶς γεγενημένην φιλανθρωπίαν θαυμάζειν, ἡμᾶς δὲ τοὺς τῆς εὐσεβείας τετυχηκότας, ἀχαριστεῖαν νοσεῖν.

v. 5. Οἱ σπείροντες ἐν δάκρυσιν κ. τ. λ.

D. f. 318. b. G. f. 197. b.

Ὁ σπείρων ἐν δάκρυσι, εἰς τὸ πνεῦμα σπείρει τῶν ἐπὶ τοῖς δάκρυσι μακαριζομένων· ἐν ἀγαλλιάσει δὲ θερίζει ζωὴν αἰώνιον, ὁ τυγχάνων ἤδη τοῦ γελᾶν τῷ πνεύματι.—Τοῖς περὶ τῶν λοιπῶν αἰχμαλώτων αἰτήσασι τὸ θεῖον ἀποκρίνεται τὸ,

ritùs fructus est, gaudium audientibus creat os iucunditate redundans, et lingua diffluit exultatione. Quae cum fieri gentes cognoscunt, aiunt: magnificavit Dominus facere cum eis. Immo et de se ipsis cum gratiarum actione dicunt: magnificavit Dominus facere nobiscum; ideoque laetati sumus. Et super flumina quidem Babylonis (Iudaei inquiunt) sedimus ac flevimus; cum autem Deus captivos revocavit, repletum est gaudio os nostrum. Similes porro locutiones sunt: cum ponemus ori custodiam: et, os iusti meditatur sapientiam: et, aperi os tuum, dicit Dominus; aliaque huiusmodi: veluti os nostrum patet ad vos, Corinthii. Tum vere dicemus: tunc repletum est gaudio os nostrum. Et paucis interiectis. Cum custodierimus vias nostras, ne forte peccemus, tunc lingua nostra replebitur exultatione. Gaudio quoque Philippi os redundavit, cum illud aperiens, incipiensque a verbis illis « tamquam ovis ad occisionem ductus est » Iesum eunucho aethiopi evangelizavit.

Magnificavit Dominus facere nobiscum.

Superius ceu post reditum a captivitate, dicti fuere duo versiculi. Nunc tamquam adhuc in captivitate detentus, haec ait propheta; antea quidem de apostolis, ut puto vaticinans, deinde vero ex ethnicorum persona loquens. Namque ethnicorum sunt verba, a « magnificavit Dominus facere nobiscum » usque ad « sicut torrens in austro ».

Converte, Domine, captivitatem nostram.

Consentanea praecedentibus haec subiungunt. Haud equidem collati nobis beneficii immemores haec dicimus, sed grandia nobiscum fecisse Deum fatentes, gaudio efferimur. Nihilo tamen minus pro reliquis membris nostris oramus, supplicesque dicimus: converte, Domine, captivitatem nostram sicut torrens in austro. Absurdum enim foret, si dum ethnici divinae notitiae ignari, clementiam in nos collatam admirantur, nos veram religionem sortiti, ingrati animi morbo laboraremus.

Qui seminant in lacrymis etc.

Qui seminat in lacrymis secundum spiritum seminat illorum qui ob lacrymas beati dicuntur; cum exultatione autem vitam aeternam metit; quippe qui, ut spiritu rideat, iam consecutus est.—Iis qui pro reliquis ca-

ptivis orarunt, Deus respondet effato illo: beati qui lugent, quia ridebunt. Quod si ii facient qui Babylone adhuc sunt, bonam spem lugendo serentes, gaudium metent; lacrymis quas fuderunt amorem indepti, et reditus gaudium recepturi. Et si quidem germen aliquod verae pietatis servaverint, animas suas veluti excolentes, multum in reditu fructum percipient. Usque ad hoc septimum canticum, de captivis Iudaeis vaticinia fuerunt.

μακάριοι οἱ κλαίοντες ὅτι αὐτοὶ γελάσονται *· ὅπερ εἰ ποιήσουσιν οἱ ἐν Βαβυλῶνι, ἀγαθὰς ἐλπίδας δι' ὧν κλαίουσι σπείροντες, θεριοῦσιν ἀγαλλίασιν· ἀντὶ δακρύων, ἅπερ ἔσχεν ἀγαπώμενοι, δεξόμενοι τὴν τῆς ἐπανόδου χαράν· καὶ εἰ τότε βραχύ τι σπέρμα θεοσεβείας ἐφύλαττον, ἀλλὰ τὰς ἑαυτῶν ἐκεῖ ψυχὰς γεωργήσαντες, πολλοὺς ἐπανιόντες οἴσουσι τοὺς καρπούς. Μέχρι τῆς ζ' ᾠδῆς τὰ περὶ τῶν ἐκ περιτομῆς αἰχμαλώτων προεθεσπίσθη.

* Luc. VI. 21

Psalmus CXXVI.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚϚ'.

Secundum hebraicam editionem omnesque interpretes, praesens canticum Salomonis est (sicuti alii aliis inscribuntur auctoribus psalmi) quod dictum fuit eo tempore quo templum aedificavit. Nam quum Iudaei ob eius aedificii molem valde superbirent, ipse divino spiritu praevidens supremam illius desolationem, nec non futuram ecclesiam quae a Domino toto orbe terrarum aedificanda erat, facta cum exstructo templo comparatione, illam praefert magisque admiratur, rem praesentem vitupeperans ceu temporalem neque vel paulisper absque Dei custodia duraturam. Quae nunc opportune cecinit Iudaeis Babylone regressis, et restituendi templi studiosis, atque ob eam rem fastu elatis. Ait ergo: si tamen Dominus custodierit; nam custode recedente, desertum fiet, et quaevis hominum sedulitas vana erit. Et templi quidem structorem dicit Dominum; urbis autem aedificatores homines, sed Deum custodem. Utile hoc dictum adversus superbiae cogitationes.

Κατὰ τὸ ἑβραϊκὸν καὶ τοὺς ἑρμηνεύσαντας ἅπαντας, ἡ παροῦσα νῦν ᾠδὴ Σολομῶντος ἐστίν, (ὥσπερ ἄλλοι ἄλλων εἰσὶν ἐπιγεγραμμένοι ψαλμοὶ) προφητικῶς ὑπ' αὐτοῦ λεχθεῖσα ὁπηνίκα τὸν ναὸν κατεσκεύαζε· τῶν γὰρ Ἰουδαίων μεγαλοφρονούντων ἐπὶ τῷ τῆς κατασκευῆς ὀχυρῷ, θείῳ πνεύματι συνορῶν τὴν ἐσχάτην ἐρημίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν ὑπὸ τοῦ κυρίου μέλλουσαν ἐκκλησίαν καθ' ὅλης οἰκοδομεῖσθαι τῆς οἰκουμένης, ἀντιπαρατιθεὶς τῇ παρ' αὐτοῦ κατασκευῇ τοῦ ναοῦ, ἐκείνην τε προκρίνει καὶ ὑπεράγαται, τὴν τότε παρουσίαν ἐλέγχων ὡς πρόσκαιρον καὶ μηδὲ πρὸς βραχὺ συνισταμένην ἄνευ θεοῦ φυλακῆς· ἅπερ νῦν εἰς καιρὸν ἦσε τῶν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανιόντων, ἐσπουδακότων περὶ τὴν ἀνάκτισιν τοῦ ναοῦ, καὶ φρονούντων ἐπὶ τούτῳ μεγάλα μέν· εἰ γάρ, φησιν, ἔστ' ἂν ὁ κύριος φυλάττει· τοῦ δὲ φύλακος ἀναχωρήσαντος, ἔρημος ἔσται, ματαίας ἐσομένης τῆς ἐξ ἀνθρώπων σπουδῆς· ἐπὶ μὲν τοῦ ναοῦ, οἰκοδόμον εἰσάγει τὸν κύριον· ἐπὶ δὲ τῆς πόλεως, ἀνθρώπους μὲν οἰκοδόμους, φύλακα δὲ τὸν θεόν· χρήσιμον τὸ ῥητὸν πρὸς τοὺς τῆς ὑπερηφανίας λογισμούς.

D. f. 318. b. E. f. 269. b. G. f. 198.

Qui manducatis panem doloris.

Οἱ ἐσθίοντες ἄρτον ὀδύνης.

v. 2.

Theodotio et quinta editio «panem idolorum» scripserunt. Et merito, namque hebraicus textus habet « irreligiose agere » quomodo aliis etiam in locis idolum interpretatum videmus. Praevidet autem in spiritu Salomon fore ut qui templum a se conditum incolent, idolis studeant, daemonas intra illud colentes. Ait ergo se post abscessum, illuc denuo rediturum; atque id ex intervallo semper facturum. Quid enim prodest locum honorari ab iis, qui ob idololatriam procul se Deo removent? Unde Symmachus dixit: vanum est vobis matutinos surgere ad habitandum, vel ad hymnos dicendos.

Θεοδοτίων, καὶ ἡ ε', ἄρτον εἰδώλων ἐξέθωκαν εἰκότως· τὸ γὰρ ἑβραϊκὸν τὸ ἀσεβεῖν ἔχει, ὅπερ καὶ ἐν ἑτέροις εἴδωλον ἑρμηνεύεται· προσρᾷ δὲ τῷ πνεύματι Σολομῶν, ὡς οἱ μέλλοντες οἰκεῖν τὸν ὑπ' αὐτοῦ γινόμενον οἶκον, εἰδώλοις προσκείσονται, δαίμοσι λατρεύοντες ἐν αὐτῷ· λέγει τοίνυν, μετὰ τὴν ἀναχώρησιν αὖθις ἐπὶ τοῦτον ἐλθεῖν, καὶ τοῦτο συνεχῶς ἐκ διαλειμμάτων ποιεῖν· τί γὰρ ὄφελος τὸν τόπον τιμᾶν, τοῖς διὰ τῆς εἰδωλολατρείας μακρύνουσιν ἑαυτοὺς τοῦ θεοῦ; ὅθεν ὁ Σύμμαχος ἔφη· ματαίαν ὑμῖν ἐξ ὄρθρου ἀνίστασθαι εἰς τὸ οἰκῆσαι ἢ εἰς τὸ ὑμνῆσαι.

D. f. 319. G. f. 198. b.

ΨΑΛΜΩΣ ΡΚΖ'.

D. f. 320. * Al. προθεσπίζεται C. f. 292.

Ἀκολούθως τῇ πρὸ ταύτης ᾠδῇ ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν διὰ ταύτης κηρύσσεται *· οἱ γοῦν φοβούμενοι τὸν κύριον, ἕτεροι λέγονται εἶναι παρὰ τὸν Ἰσραήλ, καὶ παρὰ τὸ κρεῖττον ἐν τῷ Ἰσραὴλ τάγμα, λέγω δὲ τὸ ἱερατικόν· δηλοῖ δὲ τοῦτο ὁ φάσκων λόγος· οἶκος Ἰσραὴλ ἤλπισεν ἐπὶ κύριον· καὶ μετὰ ταῦτα· οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον, ἤλπισαν ἐπὶ κύριον· καὶ πάλιν· κύριος μνησθεὶς ἡμῶν εὐλόγησεν ἡμᾶς· εὐλόγησε τὸν οἶκον Ἰσραήλ· εὐλόγησε τὸν οἶκον Ἀαρών· καὶ μετὰ ταῦτα· εὐλόγησε τοὺς φοβουμένους τὸν κύριον· ἀκολούθως οὖν τούτοις νοήσεις τοὺς ἐπὶ τῆς παρούσης ᾠδῆς μακαριζομένους· οὗτοι δὲ ἦσαν πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον· κρεῖττον δὲ ἐστὶν, καὶ ἐπαναβεβηκὸς τοὺς φοβουμένους τὸν κύριον, ὁ ἐν τελείᾳ γεγενημένος ἀγάπῃ· ἔξω γὰρ ἐκβάλλει ἡ τελεία ἀγάπη τὸν φόβον *· καὶ οἱ μὲν φοβούμενοι, ἐν πολλαῖς ὁδοῖς πορεύσονται· τάχα δὲ ὁ ἀγαπῶν ἐν μιᾷ, τῷ εἰρηκότι ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, ἐφ' ἣν καὶ αἱ πολλαὶ ὥσπερ εἰς λιμένα καταντῶσιν· καὶ καλῶς εἶπεν· μακάριοι πάντες· κἂν δοῦλος, κἂν δεσπότης, κἂν τὸ σῶμα ἀνάπηρος, κἂν ὁτιοῦν, οὐδὲν τούτων κωλύει τὸν μακαρισμὸν τοῦτον, ὃν αὐτός φησιν· ὁ δὲ παρὰ ἀνθρώποις μακαρισμὸς, ἐπισφαλής τε καὶ περίτρεπτος, καὶ λόγῳ μόνῳ πλαττόμενος, μυρίαις δὲ περιστάσεσι περιαντλούμενος· ἀλλ' οὐχ ὁ τὸν Θεὸν φοβούμενος τοιοῦτος, ἀλλὰ τῶν κυμάτων τούτων ἀπηλλαγμένος ἐν γαλήνῃ κάθηται καὶ λιμένι, τὴν ὄντως ὀρεπόμενος μακαριότητα.

* I. Joh. IV. 18.

Ps. 2. Τοὺς πόνους τῶν καρπῶν σου φάγεσαι.

D. f. 320.

Οἱ λοιποὶ κόπον χειρῶν ἐξέδωκαν· ὡς ἐπὶ γεωργοῦ δὲ φασὶν ἅπερ ἐγεώργησε καρπουμένου· καὶ τὸν ἐναθλοῦντα τῇ τῆς θεοσεβείας ὁδῷ, τροφὴν ἑαυτῷ θησαυρίζοντα πρὸς τὴν μέλλουσαν ζωὴν ἀναλογοῦσαν εἰς κατεβάλετο πόνους· καὶ ἀρετὴ δὲ καὶ πόνος ὁ κατὰ θεόν, ἐστι τροφὴ καὶ χαρὰ τῇ ψυχῇ· τοιοῦτος μὲν ὁ φοβούμενος τὸν κύριον· ὁ δὲ ἀγαπῶν, ὡς ἤδη τέλειος φάγεται τὸν οὐράνιον ἄρτον· κατὰ τὸ *, μακάριος ὃς φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

* Luc. XIV. 15

Ps. 3 Ἡ γυνή σου ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα.

E. f. 271

Καὶ κατὰ τὸ ῥητὸν, ὡς ἀτελεῖ δίδοται ταῦτα φοβουμένῳ τὸν κύριον, ἀλλ' οὐχὶ τῷ ἀγαπῶντι αὐτὸν ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας καὶ τῆς δυνάμεως· ὀφθαλμὸς γὰρ οὐκ εἶδεν *, καὶ τὰ ἑξῆς· τῷ δὲ φοβουμένῳ τὸν κύριον δίδεται

* I. Cor. II. 9

PSALMUS CXXVII.

Consentanee superiori cantico vocatio gentium in praesenti praedicatur. Qui ergo timent Dominum, diversi esse dicuntur ab Israhele, et a nobiliore apud Israhelem ordine, id est sacerdotali. Demonstrant id verba illa: Israhelis domus speravit in Domino. Et postea: timentes Dominum, speraverunt in eo. Et rursus: Dominus nostri memor, benedixit nobis. Benedixit domui Israhelis, benedixit domui Aaronis. Et mox: benedixit timentibus Dominum. Ex norma igitur praedictarum dictionum, aestimabis eos qui praesente cantico beati dicuntur. Hi erant nimirum quotquot Dominum timebant. Potior autem est, et Dei ipsos timoratos superans, qui perfecta in caritate versatur. Nam perfecta caritas excludit timorem. Et quidem timorati, multas terunt vias; amans autem unam fortasse, illam inquam de qua dixit, ego sum via, in quam tamquam in portum multae quoque illae desinunt. Pulchreque dixit: beati omnes, sive famulus sit, sive dominus, sive etiam corpore mutilus, sive alius quivis; nihil enim huiusmodi hanc impedit beatitudinem, de qua is loquitur. Verum quam nobis attribuunt homines beatitudinem, ea fallax est, et volubilis, et verbis tantum conficta, sexcentis vero adversis casibus obnoxia. At non ita se habet qui Deum timet, sed his fluctibus liberatus, in pace portuque sedet, vera fruens beatitate.

Ps. 2. Labores volarum tuarum (vel fructuum) manducabis.

Ceteri interpretes ediderunt « laborem manuum. » Nempe tamquam de agricola loquentes, qui de sua agricultura fructum percipit. Designantque laborantem in pietatis via, sibique escam cumulantem ad futuram vitam, quae exantlatis laboribus erit consentanea. Nam virtus et propter Deum toleratus labor, cibus gaudiumque animae est. Ita se habet qui timet Dominum. Verumtamen is qui amat, ceu iam perfectus, caelestem panem manducat; secundum ea verba: beatus qui panem edit in regno caelorum!

Ps. 3 Uxor tua sicut vitis abundans.

Sicut iam diximus, dantur haec imperfecto homini, Dominum timenti, haud ei qui illum tota anima totoque corde ac viribus amat. Non enim oculus vidit, et reliqua. Timenti autem Dominum datur uxor, de qua dictum est:

bona uxor, pars bona. Et mulierem fortem quis inveniet? aestimabilior est lapidibus pretiosis quae est eiusmodi. Vicissim mala uxor, ira Dei est.

Filii tui sicut novellae olearum.

Sic etiam filii dantur timenti Dominum, haud similes plerisque filiorum, sed veluti olearum surculi circumsistentes coronantesque mensam patris. Quod si quis dicat illos etiam qui Dominum minime timent, saepe liberis abundare et uxoris foecunditate; respondebimus, dici hoc loco beatitudinem haud absolute de uxore et liberis, sed viti comparari uxorem, novellis vero olearum liberos. Atqui impiorum familia non est huiusmodi.

σύζυγος, περὶ ἧς φησὶν τὸ *, γυνὴ ἀγαθὴ, μερὶς ἀγαθή· καὶ γυναῖκα ἀνδρείαν τίς εὑρήσει *; τιμιωτέρα δέ ἐστι λίθων πολυτελῶν ἡ τοιαύτη· οὕτως ἡ πονηρὰ σύζυγος, εἴη ἂν ὀργὴ ἐκ θεοῦ.

* Eccli. XXVI. 3.
* Prov. XXXI. 10.

Οἱ υἱοί σου ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν. v. 3.

Οὕτω καὶ υἱοὶ ἐκ θεοῦ δίδονται τῷ φοβουμένῳ τὸν κύριον, οὐχ ὅμοιοι τοῖς πολλοῖς υἱοῖς, ἀλλὰ οἱ ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν κυκλοῦντα καὶ στεφανοῦντα τὴν τραπεζαν αὐτοῦ· εἰ δέ τις μὴ φοβουμένους τὸν κύριον φησὶ, πολλάκις ἐν περιουσίᾳ υἱῶν ὑπάρχειν καὶ ἐν εὐθηνίᾳ γυναικὸς, ἀλλ' ἐρῦμεν ὅτι ὁ παρὼν μακαρισμὸς οὐχ ἁπλῶς γυναῖκα καὶ τέκνα ἐπαγγέλλεται, ἀλλ' ὅλον αὐτὸ τοῦτο, ἀμπέλῳ μὲν ἀπεικασμένην γυναῖκα, νεοφύτοις δὲ ἐλαιῶν τέκνα· οὐ τοιαῦτα δὲ τὰ τῶν ἀσεβῶν 1).

C. f. 292. b.

Psalmus CXXVIII.

Dominus iustus concidit cervices peccatorum.

Cuncti enim improbi persecutores male peribunt.—Caedit cervicem iustus Dominus, quam levi iugo noluerunt subiicere. Pio autem fine hoc dicit, ut illi abiecto nequitiae studio et impetu, subiiciantur Domino, cui omnia nuda et distincta sunt. Pro « concidit » autem, Aquilas « praecidit laqueos impiorum; » Symmachus « praecidit laqueos praevaricatorum »; quinta demum editio « clavos improborum » ediderunt; quibus verbis significantur subornati ab impiis ut iusto insidientur homines. Praedicunt item hae locutiones supremum finem, mortesque eorum qui per tempora ecclesiam Dei eiusque populum persequi voluerint.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΗ'.

Κύριος δίκαιος συνέκοψεν αὐχένας ἁμαρτωλῶν. v. 4.

Πάντες γὰρ οἱ διώξαντες κακοὶ κακῶς ἀπολοῦνται—Συγκόπτει τὸν αὐχένα, ὃν οὐχ ὑποβάλλουσι τῷ χρηστῷ ζυγῷ, ὁ δίκαιος κύριος· χρηστὴ δὲ προθέσει τοῦτο ποιεῖ, ὅπως ἀποβαλόντες τὴν πρὸς τὰ φαῦλα εὐτονίαν καὶ ἰσχὺν, ὑποταγῶσι τῷ κυρίῳ, ᾧ πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα ἐστίν· ἀντὶ δὲ τοῦ συνέκοψεν αὐχένας ἁμαρτωλῶν, Ἀκύλας κατέκοψεν βρόχους ἀσεβῶν· ὁ δὲ Σύμμαχος κατέκοψεν βρόχους παρανόμων· ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις κλοιοὺς ἀνόμων, ἐκδεδώκασιν· δηλοῦντος τοῦ λόγου, τοὺς ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν εἰς ἐπιβουλὴν τοῦ δικαίου κατεσκευασμένους· θεσπίζει δὲ καὶ διὰ τούτων ὁ λόγος τὰ ἔσχατα τέλη, καὶ τὸν ὄλεθρον τὸν κατὰ καιροὺς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ καὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ πολεμεῖν ἐπιχειρούντων.

D. f. 320. b.
C. f. 293. b.

Psalmus CXXIX.

De Christi populo dici non potest: populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Non enim est ut prior populus, sed ex intimo corde clamat, utpote illius Spiritûs compos, qui ut ait Paulus, omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Heic sane laudativum sensum habet de more vox « profundum »; velut illud: o profunditas divitiarum sapientiae et scientiae Dei! Atque Ezechieli etiam dicit Deus:

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΘ'.

Περὶ τοῦ λαοῦ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν τοῦ Χριστοῦ τὸ *, ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀφέστηκεν ἀπ' ἐμοῦ· οὐ γὰρ ὡς ὁ πρῶτος λαὸς, ἀλλ' ἐκ βαθέων ἐκέκραξεν, ἅτε δὴ μετέχων τοῦ πνεύματος, ὃ κατὰ Παῦλον * πάντα ἐρευνᾷ καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ· ἐν ἐπαίνῳ δὲ τὸ βαθὺ κἀν τῇ συνηθείᾳ· ὅσοῖσιν καὶ τὸ *, ὦ βάθος πλούτου σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ· καὶ πρὸς Ἰεζεκιὴλ δὲ φησιν *· οὐ πρὸς λαὸν βαθύχει-

D. f. 321. b.
* Matth. XV. 8.
* I. Cor. II. 10.
* Rom. XI. 33.
* Ezech. III. 5.

1) Paulo aliter in cod. E. f. 271 Καὶ υἱοὶ διαφέροντες τῶν ἄλλων δίδονται τῷ φοβουμένῳ τὸν κύριον, ἀπὸ τοῦ τελείου τοῦ λέγοντος, ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος * καὶ τὰ ἑξῆς· τῆς γὰρ τοιαύτης ἐλαίας τὰ γενήματα ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν εἶναι λέγεται· τί οὖν; οὐκ εἰσὶν ἄδικοι ἐν εὐθηνίᾳ γυναικῶν τε καὶ παιδίων; ἀλλ' οὐκ ἀμπέλῳ μὲν ἀπεικασμένην ἔχουσι γυναῖκα, νεόφυτοις δὲ ἐλαιῶν τέκνα: *filii quoque a ceteris diversi dantur timenti Dominum, a perfecto qui ait: ego quasi olea fructifera, et reliqua. Nam huius oleae germina, tamquam surculi novelli dicuntur. Quid ergo? Non est iniustis uxorum ubertas ac liberorum? Utique; sed tamen haud viti similem habent coniugem, neque ut novos olearum surculos, filios.*

λον καὶ βαρύγλωσσον ἐγὼ ἐξαποστελῶ σε· ἀλλ' ὁ βαθὺς τῇ διανοίᾳ λαὸς, ὁ καὶ τὴν ᾠδὴν τὴν πρὸ ταύτης εἰπὼν, ἐκ τῶν στέρνων αὐτῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις ὑπερεντυγχάνων βοᾷ πρὸς τὸν Θεὸν, ἀλλ' οὐ χείλεσιν· ὥσπερ οὐδὲ Μωϋσῆς, πρὸς ὃν ἐῤῥέθη καίτοι σιγῶντα, τὸ τί βοᾷς πρός με *; ἡ δὲ νῦν εὐχὴ τοῦ αἰτοῦντος ἃ δεῖ, καὶ τοῖς αἰτουμένοις ἑαυτὸν ἑτοίμως παρέχοντος· μαρτυρῶν δὲ μάλιστα καὶ διὰ τῆς προλαβούσης εἶπεν ᾠδῆς, πλεονάκις ἐπολέμησάν με, καὶ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησάν μοι· εἰ καὶ λέξουσιν· ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὑπέμεινά σε κύριε· ὥτα δὲ προσέχοντα λέλεκται, ὡς τῆς μιᾶς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως οὔσης ἀκουστικῆς καὶ ὁρατικῆς· κραυγὴν δὲ οὐ τόνον λέγει φωνῆς, ἀλλὰ γνώμης διάθεσιν.

* Exod. XIV. 15.

non ad populum profundi labii et gravis linguae ego te mitto. Sed profundae mentis populus, qui praecedentem quoque odam recitavit, ex ipso pectore gemitibus ineloquacibus orans clamat ad Deum, non autem labiis: sicuti ne Moyses quidem, cui silenti licet dictum fuit: quid clamas ad me? Praesens vero oratio est postulantis ea quae oportet, seque alacriter ad postulata comparantis. Apprime vero testatus est in praecedente quoque oda: saepe oppugnaverunt me, nec tamen mihi praevaluerunt. Isti etiam dicent: propter nomen tuum sustinui te Domine. Aures intendentes dictum est, quasi solius Dei vis sit acustica et visualis. Clamorem denique non vocis intensionem dicit, sed mentis affectum.

v. 3. Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃ κύριε.

Si iniquitates observaveris, Domine.

D. f. 322. G. f. 201. Ἐπειδὴ δὲ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οὐ πάντες δύνανται λέγειν· πλεονάκις ἐπολέμησάν με, καὶ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησάν μοι, περὶ τῶν ἀσθενεστέρων τὴν παροῦσαν ἀναπέμπει φωνὴν, καὶ μὴ φερόντων τοὺς διωγμούς· εἰ μὴ ἄρα ὁ αὐτὸς περὶ τῶν πρὸ τῆς κλήσεως ἀνομιῶν αὐτοῦ, ταῦτα φησίν.

Quoniam haud omnes dicere queunt in ecclesia, saepe oppugnaverunt me, nec tamen mihi praevaluerunt, de infirmioribus praesentem locutionem profert, qui persecutiones non tolerant. Nisi forte qui psalmum recitat, de peccatis suis ante vocationem haec dicit.

v. 7. Πολλὴ παρ' αὐτῷ λύτρωσις.

Copiosa apud eum redemptio.

G. f. 201. b. Τὸ γὰρ τίμιον αὐτοῦ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν δέδωκε λύτρον, γενόμενος ἀμνὸς τοῦ θεοῦ· οὗτος γὰρ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· ἐποίησε δὲ καὶ λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ, κατὰ τὸν Ζαχαρίαν *· καὶ κατὰ τὴν ἁγίαν παρθένον, ἀντελάβετο Ἰσραήλ.

* Luc. I. 68. v. 54.

Pretiosum enim sanguinem suum pro nobis redemptionem dedit, factus Dei agnus. Hic peccata nostra gestat, et pro nobis dolet. Operatus est autem redemptionem populo suo, ut ait Zacharias; atque ut sancta virgo, Israhelem suscepit.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΑ'.

Psalmus CXXX.

D. f. 322. b. G. f. 201. b. Ἀκολούθως ἡ ᾠδὴ ἡ παροῦσα καὶ ἡ πρὸ αὐτῆς τοῦ ἐν κυρίῳ τετελειωμένου ταπεινοφροσύνης φωνὰς περιέχουσα, καὶ μάλιστα τοῦ δυναμένου λέγειν· ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὑπέμεινά σε κύριε· ὁ δὲ Δαβὶδ ὡς εἰκὸς μεμαθηκὼς ἀπὸ τῶν τοῦ ἁγίου πνεύματος φωνῶν, ὅτι τίς ἱλασμὸς παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ πολλὴ παρ' αὐτῷ λύτρωσις εἰ πιστεύσειεν, ἀναγκαίως ἑαυτὸν προσφέρει τῷ λυτρωτῇ· διὸ καὶ ἐπιγέγραπται τοῦ Δαβὶδ εἰς παραίτησιν πλημμελημάτων, τὰς ἰδίας ἐξαριθμοῦντος ἀνδραγαθίας· οὐ πώποτε γάρ, φησιν, ἐπήρθην καθὼς ἄρχων ἐπ' ἔθνος αὐτοῦ· οὔτε μὴν ἐχαυνώθην βλέψας ἔξω Θεοῦ, καὶ τῆς πρὸς τὸν αὐτοῦ φόβον συστάσεως καθυφείς· οὔτε πάλιν ἐν τρυφῇ πλουσίως διεξῆγον τὸν βίον· οὐδέ τι μεῖζον ἐφρόνησα, φησὶ, περὶ ἐμαυτοῦ, τῶν προσόντων ἐμοί· ὁποῖοί τινές εἰσιν οἱ συνετοὶ παρ' ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες.

Congrue praesens oda, itemque praecedens, hominis in Deo perfecti humiles voces continet, praecipueque eius qui possit dicere: propter nomen tuum sustinui te Domine. David autem edoctus, ut credibile est, a sancti Spiritus oraculis, misericordiam apud Deum inveniri copiosamque redemptionem, si modo crederet, necessario se ipsum exhibet redemptori. Quare et inscribitur: Davidis ad deprecationem peccatorum, res a se egregie gestas recensentis. Numquam enim, inquit, fastu elatus sum, ceu gentis princeps; neque ita superbia tumui ut Dei praesentiam non spectarem, et in eo timendo constantiam omitterem. Neque item in deliciis affluenter vixi; neque de me meisque rebus praeter modestiam sensi: quod faciunt ii, qui sibimet ipsi videntur ingeniosi ac sapientes.

Speret Israhel in Domino.

Sicut enim ego, ait rex David, talis tantusque vir humilem me feci, meque obtuli misericordiae redemptorique ac servatori; ita reliquo etiam Israheli denuncio ut confidenter ad misericordiam accedat. Nam probe scio, fore ut Deus Israhelem redimat, si ad eum confugerit, ex omnibus iniquitatibus eius.

Ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν κύριον. v. 5.

Ὥσπερ ἐγώ, φησιν ὁ βασιλεὺς Δαβὶδ, τοσοῦτος ὢν καὶ τοιοῦτος ἀνὴρ, ταπεινὸν ἐμαυτὸν κατέστησα, καὶ προσήγαγον ἐμαυτὸν τῷ ἱλασμῷ καὶ τῷ λυτρωτῇ καὶ σωτῆρι, οὕτως καὶ τῷ λοιπῷ Ἰσραὴλ ἐπαγγέλλομαι θαρσεύντως προσιέναι τῷ ἱλασμῷ· ἀκριβῶς εἰδὼς, ὅτι αὐτὸς λυτρώσεται τὸν Ἰσραὴλ, εἰ προσδράμοι αὐτῷ, ἐκ πασῶν τῶν ἀνομιῶν αὐτοῦ. C. f. 296.

Psalmus CXXXI.

Iuravit Dominus Davidi veritatem.

Iuranti Davidi vicissim iuravit Deus, ei qui locum cognoscere avebat, gratuito donans praerogativam ut et ipsemet eius stirpe oriretur; ut per duas res immobiles, prout Paulus ait, quibus impossibile est mentiri Deum, validum solatium, circa ea quae quisque petit, habeamus.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΑ'.

Ὤμοσε κύριος τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν. v. 11.

Ὁμομωκότι δὲ τῷ Δαβὶδ, ἀντώμωσεν ὁ θεὸς ζητήσαντι τὸν τόπον μαθεῖν, δωρεὰν δοὺς τὸ καὶ ἐξ αὐτοῦ προελθεῖν· ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, ὡς ὁ Παῦλος φησὶν*, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι τὸν θεὸν, ἰσχυρὰν παράκλησιν περὶ ὧν ηὔξατο λάβωμεν. D. f. 324. b. G. f. 203. b. * Hebr. VI. 18.

De fructu ventris tui ponam super thronum tuum.

Quoniam tu, inquit, ita credens, cognoscere haec optasti, nempe locum quo ad homines venturus est Salvator, accipe hanc notitiam, et esto salutaris eius nativitatis minister. Fructus enim tuus erit qui futurus est, ex tua progenie ac semine proventurus: ideoque et ipsi dabitur thronus promissus, quia nemo est alius, praeter illum ex te oriturum, qui in promisso throno sedere mereatur. Quare et Gabrihel Mariae dixit: et dabit illi Deus thronum Davidis patris eius, regnabitque super domum Iacob in aeternum.

Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου. v. 11.

Ἐπειδὴ σύ, φησιν, οὕτω πιστεύσας τοιαῦτα ηὔξω γνῶναι, βουλόμενος μαθεῖν περὶ τοῦ τόπου τῆς εἰς ἀνθρώπους ἀφίξεως τοῦ σωτῆρος, δέχου δὴ καὶ αὐτὸς τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ γίνου διακόνος τῆς σωτηρίου γενέσεως· σοῦ γὰρ ἔσται καρπὸς ὁ γενησόμενος, ἐκ σῆς διαδοχῆς καὶ ἐκ σοῦ σπέρματος προελευσόμενος· διὸ καὶ αὐτῷ δοθήσεται ὡσεὶ ἐπαγγελμένος θρόνος, διὰ τὸ μηδένα ἕτερον ἢ μόνον τὸν ἐκ σοῦ προελευσόμενον, ἄξιον εἶναι τοῦ σοὶ ἐπηγγελμένου θρόνου· τοιγαροῦν καὶ ὁ Γαβριὴλ πρὸς τὴν Μαριὰμ φησί· καὶ δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τὸν αἰῶνα. C. f. 298.

Si custodierint filii tui testamentum meum.

Sedebunt super ipso videlicet Christi throno discipuli eius ac successores. Verumtamen ne tui quidem filii, o David, ulla re fraudabuntur, id est circumcisionis adseclae, si modo Christum receperint, et pactum meum ac testimonia servaverint, non illa ad priorem legis lationem pertinentia, sed ea quae deinde ipsos docebo, quaeque novi foederis tempore tradenda sunt. Omnino si haec servaverint, ipsi quoque in throno tuo, qui Christo paratus est, sedebunt.

Ἐὰν φυλάξωνται οἱ υἱοί σου τὴν διαθήκην μου. v. 12.

Καθεσθήσονται ἐπ' αὐτὸν δηλαδὴ τὸν τοῦ Χριστοῦ θρόνον οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ καὶ διάδοχοι· πλὴν οὐδεὶς φθόνος καὶ τοῖς σοῖς υἱοῖς, ὦ Δαβὶδ, τουτέστι τοῖς ἐκ περιτομῆς, καὶ εἰ παραδέξοιντο τὸν Χριστὸν, καὶ εἰ φυλάξαιντο τὴν διαθήκην μου καὶ τὰ μαρτύριά μου, οὐ τὰ διὰ τῆς πρώτης νομοθεσίας δεδομένα, ἀλλὰ ταῦτα ἃ διδάξω αὐτοὺς, μέλλοντα αὐτοῖς ὕστερόν ποτε παραδοθήσεσθαι διὰ τῆς καινῆς διαθήκης· εἰ γὰρ φυλάξοιντο ταῦτα, καὶ αὐτοὶ καθευδοῦνται ἐπὶ τὸν θρόνον σου τὸν τῷ Χριστῷ ἡτοιμασμένον. C. f. 298.

Praedam eius benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus.

Secundum anagogen, praeda Sionis ii sunt qui piscium instar ab evangelicis apostolicisque retibus quotidie capiuntur. Pauperes autem eius beati, quorum est regnum Dei, qui

Τὴν θήραν αὐτῆς εὐλογῶν εὐλογήσω, τοὺς πτωχοὺς αὐτῆς χορτάσω ἄρτων. v. 15.

Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν θήρα Σιὼν, οἱ δίκην ἰχθύων διὰ τῶν εὐαγγελικῶν καὶ ἀποστολικῶν δικτύων ὡσημέραι ξωγρούμενοι· πτωχοὶ δὲ αὐτῆς οἱ μακαρίοι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐ- D. f. 325. G. f. 204.

ρανῶν· οἱ τὸν ἄρτον σιτοῦνται τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα· ἀλλὰ καὶ οἱ ταύτης ἱερεῖς, πρῶτον ἑαυτοὺς δικαιοσύνην, ὡς εἶπεν, ἐνδύσαντες, ὑπὸ θεοῦ περιβάλλονται σωτηρίαν· εἶτα λέγει περὶ τῶν ὁσίων, τῶν ἀρετῇ καὶ βίῳ διαπρεπόντων ἐν ἐκκλησίᾳ· περὶ ὧν Ἀκύλας μὲν ἔφη, αἰνέσει αἰνέσουσιν· ὁ δὲ Σύμμαχος, εὐφημοῦντες εὐφημήσουσιν.

panem de caelo delapsum edunt. Sed et eiusdem Sionis sacerdotes, postquam se iustitia, ut ait, induerint, a Deo salute induuntur. Deinde de viris sanctis verba facit, virtute ac vitae genere in ecclesia praecellentibus. De quibus Aquilas dicit: laudatione laudabunt; Symmachus autem, benedicentes benedicent.

v. 18. Ἐπὶ δὲ αὐτὸν ἐξανθήσει τὸ ἁγίασμά μου.

Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

D. f. 225. G. f. 204. * Ioh. V. 35. Τοῦτο περὶ Ἰωάννου φησί. κατὰ τὸ εἰρημένον παρὰ κυρίου *· ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων· ἔστι δὲ ταῦτα καὶ ἄλλως ἰδεῖν κατὰ τοὺς τῶν διωγμῶν καιρούς· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὁ ἁγιασμὸς εἶπεν αὐτοῦ· ἁγιάζει γὰρ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἁγίασμα.

Hoc de Iohanne dicit, iuxta Domini effatum: ille erat lucerna ardens et relucens. Licet hoc et aliter per tempora persecutionum cognoscere. Symmachus vero consecratio scripsit. Consecrat reapse per universum orbem sanctificatio Servatoris nostri ecclesiam.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΒ'.

Psalmus CXXXII.

v. 1. Ἰδοὺ δὴ τί καλὸν ἢ τί τερπνόν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν κ. τ. λ.

Ecce quid bonum et quid iucundum, praeter quam habitare etc.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΒ'.

C. f. 321. D. f. 342. C. f. 290. Ἂς ὁ ἐν μεγίστοις πειρασμοῖς καὶ θλίψεσιν ὑπερβαλλούσαις ἐξεταζόμενος, εὐκαίρως χρήσαιτο τῇ προκειμένῃ προσευχῇ· διὸ καὶ ἀνεπίγραφος ὁ ψαλμός· ἀκούει μὲν οὖν πάντων ὁ κύριος, ὀλίγων δὲ εἰσακούει· ἐὰν τῶν δεομένων ἡμῶν ἐπακούσωμεν, ἀκουσθησόμεθα καὶ αὐτοὶ· ὁ θαρσῶν δὲ τῇ ἑαυτοῦ προσευχῇ, ἀκροατὴν καλεῖ τὸν θεόν· ἄλλοι δέ φασιν μὴ εἶναι ἀνεπίγραφον τὸν ψαλμὸν, ἀλλ' ἐπιγεγράφθαι ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὅτε αὐτὸν ὁ υἱὸς κατεδίωκεν· οὐ διὰ πασῶν μέν τοι τῶν ἑρμηνειῶν πρόσκειται τοῦτο· τὰ δὲ λεγόμενα οὐκ ἀλλότρια· εὐδὲν δὲ κωλύει περὶ τῆς ὑπὸ Σαοὺλ διώξεως εἰρῆσθαι αὐτά.

v. 4. Ἠκηδίασεν ἐπ' ἐμὲ τὸ πνεῦμά μου.

C. f. 323. Τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ ἀκηδιᾷ, ἐπειδὰν ἡ καρδία ταραχθῇ μνησθεῖσα πῶς ὁ ἐχθρὸς ἐταπείνωσεν εἰς τὴν γῆν τὴν ζωὴν αὐτῆς, καὶ ὡς ἐκάθισεν αὐτὴν ἐν σκοτεινοῖς ὡς νεκροὺς αἰῶνος· ταραχθεῖσα δὲ, φησὶν, ἡ καρδία μου ἐν αὐτῇ, ἔνδον ἔπεσχεν τὸ πάθος παντελῶς μὴ ἐκ-

iniuste expulsus et oppugnatus, dicit Deo: et tu cognovisti semitas meas.

Ad te Domine clamavi.

Rursus hoc etiam loco clamare se fatetur, non simpliciter sed ad Dominum. Alioqui nec fieri poterat ut vocem attolleret, praesente hoste. Iam vero in Deo tantummodo spem suam reposuisse confitens, a scopo non aberravit; etenim spes non confundit. Nam etsi aliqua viventium terra sit, equidem inquit fateor, meam te solum esse spem. Tu enim spes mea es in terra viventium; ita ut, nisi te haberem, haud iam viventibus terrae incolis adnumerarer. Porro viventium terra, nequaquam haec est quae a nobis calcatur, mortis enim ea potius terra est, sed quam mites hereditabunt, in qua omnes viventes aeterna cum vita habitant.

Non erat qui cognosceret me.—Et non est qui requirat animam meam.

Si quis ab iis, qui ecclesiis praeesse existimantur, negligitur et nullatenus requiritur, tempestive hoc dicet; et quod sequitur addet, clamorem scilicet ad Deum, et se non sperare a principibus, sed a Domino; et portionem se habere in terra viventium, non autem in terra oblivionis.

PSALMUS CXLII.

Quicumque maximis tentationibus, immodicisque pressuris urgetur, commode utetur praesenti prece. Propterea psalmus sine titulo est. Audit quidem omnes Dominus, paucos tamen exaudit. Ceteroqui si iis qui nos orant aurem praeberemus, nostrae pariter preces audirentur. Certe qui cum fiducia orat, auditorem provocat Deum. Alii aiunt non esse sine titulo psalmum, sed inscribi: psalmus Davidi, quum eum filius persequeretur: sed non in cunctis interpretationibus hoc ponitur. Attamen quae heic dicuntur, non repugnant. Sed nihil obstat, quominus de Saulis persecutione haec dicta fuerint.

Taedium passus est spiritus meus.

Spiritus hominis taedium patitur, cum cor turbatur rememorans quomodo inimicus prostraverit humi vitam eius, eamque in tenebrosis locis constituerit ut mortuos saeculi. Turbatum, inquit, cor meum, passionem intus continuit, non adeo conci-

dens, ut palam cunctis extraneis foret eius turbatio.

Memor fui dierum antiquorum.

Quia et Moyses mandat dicens: recordamini dierum saeculi; et David pariter ait: annorum aeternorum memini, et consideravi; recte sibi consulens hic, cuius cor turbatum est, recurrit animo ad antiquos dies suos, quibus ante turbationem felix erat. Vel antiquas historias in mentem revocat; resumptaque rerum memoria, meditatur opera Dei, et manuum eius facturas, non modicum ex antiquis lectionibus solamen capiens, dum ex ipsis cognoscit, veteres illos plurimis pressuris ac tentationibus a Deo fuisse visitatos, et quanta hic remedia iisdem contulerit ac beneficia. Insuper dum rerum creationem secum reputat, animo recreatur, quia discit vitam hominum providentia non destitui, neque suum turbatum animum remedio carere; quum omnibus inspectans praesit Dei Verbum, a quo contriti corde sanantur.

Expandi manus meas ad te. Anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Dierum antiquorum propter divinas lectiones memor, manus meas paenitentiae operibus mundatas ad te expandens, te sitiens, Deus, praebendamque a te curationem, non modo ceu cervus ad fontes aquarum, verum ut arida et sine humore terra depluentem in se imbrem exoptat. Etiamsi vero anima mea est veluti sine aqua terra, erga te nimirum ita se habet; ceterum prae aliis hominibus fertilis est, et bonorum fructuum non infoecunda: tibi, inquam, est arida, quia non iustificabitur coram te quisquam vivens.

Cito exaudi me etc. Ne avertas faciem tuam a me.

Urgentibus calamitatum temporibus sive persecutionibus extremisque discriminibus, quum alicuius anima periclitatur, deficientibus eius viribus, conturbato corde, utile est cum Davide orantes dicere Christo: exaudi me, Domine. Neque tamen in humanis negotiis hoc precum genere uti necessarium est.—Quamdiu facies tua suo me respectu dignatur, lumen tuum in me est, atque omnes recedunt tenebrae; ita ut dicam: signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Quod si

πεσοῦσα, ὡς εἰς φανερὸν ἐλθεῖν τοῖς πᾶσιν καὶ τοῖς ἐκτὸς γνωσθῆναι τὴν ταραχήν.

Ἐμνήσθην ἡμερῶν ἀρχαίων. v. 5.

Ἐπεὶ καὶ ὁ Μωϋσῆς προστάττει λέγων*, μνήσθητε ἡμέρας αἰῶνος· καὶ ὁ Δαβὶδ πάλιν φησί*, καὶ ἔτη αἰώνια ἐμνήσθην καὶ ἐμελέτησα· εἰκότως θεραπεύων ἑαυτὸν ὁ ταραχθεὶς τὴν καρδίαν, ἀνατρέχει ἐπὶ τὰς παλαιὰς αὐτοῦ ἡμέρας, τὰς πρὸ τῆς ταραχῆς ἐν αἷς κατώρθου, ἢ ἐπὶ τὰς παλαιὰς ἱστορίας· καὶ τὴν μνήμην ἀναλαβών, μελετᾷ ἐν τοῖς ἔργοις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τοῖς ποιήμασιν τῶν χειρῶν αὐτοῦ, οὐ μικρᾶς τυγχάνων παραμυθίας ἀπὸ τῶν παλαιῶν ἀναγνωσμάτων, μανθάνων ἐξ αὐτῶν ὅτι τοὺς παλαιοὺς μετὰ μυρίας θλίψεις καὶ πειρασμοὺς ἐπεσκέπτετο ὁ Θεὸς, καὶ ὅσας παρέσχεν αὐτοῖς θεραπείας τε καὶ εὐεργεσίας· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς τῆς δημιουργίας λόγοις μελετῶν ἐθεραπεύετο τὴν ψυχὴν, παιδευόμενος ὡς οὐκ ἔστιν ἀπρονόητος ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, οὐδὲ ἀθεράπευτος ἡ τοῦ ταραχθέντος ψυχή· ἐφορᾷ δὲ καὶ ἐφέστηκε πᾶσιν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν·

* Deut. XXXII. 7.
* Ps. LXXVI. 6.

C. f. 323. b.

Διεπέτασα πρός σε τὰς χεῖράς μου· ἡ ψυχή μου ὡς γῆ ἄνυδρός σοι. v. 6.

Μνησθεὶς τῶν ἀρχαίων ἡμερῶν ἐκ τῆς μελέτης τῶν θείων ἀναγνωσμάτων, τὰς χεῖράς μου, καὶ τὰς διὰ μετανοίας πράξεις καθαράς σοι ἐπιδεικνὺς διεπέτασα, οὕτως διψῶν σου ὁ θεὸς, καὶ τῆς παρὰ σοῦ ἰάσεως, οὐ μόνον ὃν τρόπον ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄνυδρος καὶ ξηρὰ γῆ ὀρέγεται τοῦ ἐπ' αὐτὴν κατιόντος ὑετοῦ· εἰ δὲ καὶ ἔστιν ἡ ψυχή μου ὡς γῆ ἄνυδρος, ὡς πρὸς σὲ τὸν Θεὸν τοιαύτη ἐστίν· καθ' ἑαυτὴν γὰρ καὶ ὡς ἐν ἀνθρώποις συγκρίσει γόνιμος καὶ τεθηλυία καρπῶν ἀγαθῶν ὑπάρχει· σοὶ δὲ ἄνυδρος ἐστὶν οὕτως, ὡς οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν.

C. l. 323. b.

Ταχὺ εἰσάκουσόν με κ. τ. λ. Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ. v. 7.

Ἐν τοῖς κατεπείγουσι καιροῖς τῶν περιςάσεων ἤτοι ἐν διωγμοῖς ἢ τοῖς ἐσχάτοις κινδύνοις, ἐπειδὰν παρακινδυνεύει τινὸς ἡ ψυχὴ, ἐκλείποντος τοῦ ἐν αὐτῇ πνεύματος, καὶ τῆς καρδίας ἐν αὐτῇ ταραττομένης, προσήκει ὁμοίως τῷ Δαβὶδ λέγειν εὐχομένους τὰ Χριστοῦ, εἰσάκουσόν με κύριε· οὐ μὴν ἐπὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν ἀναγκαῖον κεχρῆσθαι.—Ἐφ' ὅσον μὲν τὸ πρόσωπόν σου καταξιοῖ με τῶν ἰδίων αὐτοῦ, τὸ φῶς σου ἐστὶν ἐν ἐμοὶ, καὶ πᾶσα μου ἀπελήλαται σκοτία· ὥστ' ἂν εἰπεῖν, ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου

C. f. 323. b.
D. f. 343. b.
G. f. 221. b.

σου κύριε· εἰ δὲ ἀποστρέψειάς ποτε τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, γίνομαι ἐν σκοτίᾳ ἐν ᾗ γίνονται πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς λάκκον· ἐν ᾧ λάκκῳ [illegible]

vultum tuum avertas, decido in tenebras quas ii patiuntur qui descendunt in lacum; quo in lacu nihil aliud est quam exteriores uti appellantur tenebrae.

Ἀκουστόν ποίησόν μοι τὸ πρωΐ τὸ ἔλεός σου

Ἐν τοῖς πειρασμοῖς ἐλέους θείου δεόμεθα· ὅπερ γένοιτ' ἂν ἐν ταῖς προσευχαῖς ἐγρηγορότως σχολάζοιμεν, καὶ μάλιστα κατὰ καιρὸν τὸν ἑωθινὸν, ὥστε δύνασθαι λέγειν· ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου
* Ps. LXII. 2 πρὸς σὲ ὀρθρίζω *.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam.

Dei misericordia in tentationibus indigemus; quae ut nobis obveniat, vigilanter precibus vacemus, matutino praesertim tempore, ut dicere possimus: Deus Deus meus ad te de luce vigilo.

v. 8. Γνώρισόν μοι κύριε ὁδὸν ἐν ᾗ πορεύσομαι.

D. I. 243. E. I. 201. Ἀπὸ τοῦ χαμαὶ κεῖσθαι τὴν ἐμὴν πρὸς σὲ ψυχὴν ἀνατείναντι μετανοίας δεῖξον ὁδὸν, ἢ τὴν ἄγουσαν μετὰ σώματος ἀπαλλαγὴν ἐπὶ τὰ οὐράνια 1)· θνητὸς γὰρ πῶς ἂν νοήσαι τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ; τάχα δέ τις τὰς προτέρας ὁδοὺς Μωϋσέα καὶ
* Hier. VI. 16. τοὺς προφήτας βαδίσας, κατὰ τὸ *, στῆτε ἐν ταῖς ὁδοῖς, καὶ ἐρωτήσατε τρίβους κυρίου αἰωνίας, μετὰ ταύτας τὴν ὁδὸν ζητῶν τὴν ἀγαθὴν, τῷ ταύτης ἐρεῖ πατρὶ, καὶ γινώσκοντι τὴν ὁδὸν τῶν υἱῶν, τὸ γνώρισόν μοι ὁδὸν ταύτην ἐν ᾗ πορεύσομαι· ἥτις ἐπινεύσαντος τοῦ πατρὸς ἑαυτὴν ἐμφανίζουσα λέ-
* Ioh. XIV. 6 γει τοῖς ἀξίοις· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, οὐδεὶς γὰρ ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα εἰ μὴ δι' ἐμοῦ.

Notam fac mihi, Domine, viam in qua ambulem.

Dum anima mea iacet humi prostrata, imploranti mihi paenitentiae viam ostende, quae post corporis depositionem ducit in caelum. Nam mortuus, quomodo vias suas cognoscet? Fortasse aliquis qui antiquiores vias Moysem, inquam, et prophetas, decurrerit; iuxta illud, state in viis, et sciscitamini de semitis Domini aeternis; post has, bonam denique viam quaerens dicet huius patri, viarumque filiis idonearum perito, ostende mihi viam in qua ambulem: quae quidem annuente patre semet ostendens ait dignis *: ego sum via, nemo enim venit ad patrem nisi per me.

v. 11 [illegible]

Propter nomen tuum, Domine.

Ὅμοιον τοῦτο τῷ, μὴ ἡμῖν κύριε, μὴ ἡμῖν, ἀλλ' ἢ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν· οὐ γὰρ ἐφ' ἑαυτοῖς χρὴ θαῤῥεῖν· ὁ δὲ τοὺς πειρασμοὺς ὑπομείνας γενναίως, ἐλπιζέτω τούτων τυχεῖν, ὡς ἂν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδεύσας.

Simile hoc dictioni illi: non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Non enim in semet ipsis oportet confidere. Qui autem tentationes fortiter toleraverit, his bonis potiri speret, utpote qui angusta aerumnosaque via iter fecerit.

v. 11 Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ἐξάξεις ἐκ θλίψεως τὴν ψυχήν μου.

Ψυχῆς ἀληθῶς θλίψις τὸ ταπεινωθῆναι εἰς γῆν τὴν ζωὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν σκοτεινοῖς αὐτὸν καθῆσαι· καὶ ὁ ὑπὸ λογισμῶν δὲ φαύλων καὶ πυρώσεως παθῶν ἐνοχλούμενος τὴν ψυχὴν θλίβεται· οὐδενὸς δὲ ἄλλου ἔν . . ν τοιαύτης θλίψεως ἐλευθεροῦντος, ἢ τοῦ τὸ κρυπτὸν τῆς καρδίας εἰδότος Θεοῦ· ἀλλὰ καὶ ὁ ὑπὸ διοχλήσεων ἀπαταιώνων τὴν ψυχὴν ταραττόμενος, θλίβοιτο ἂν μεγάλως ὅτε μάλιστα οὐ δυνάμενος διελέγχειν τὰ σοφίσματα, εὐλαβεῖται μὴ ἀποσφαλῇ τῆς ἀληθείας· ἐξάγει δὲ ψυχὴν πάσης θλίψεως τοιαύτης, ἐπιλάμπων αὐτὴν καὶ καταλάμπων ταῖς ἰδίαις μαρμαρυγαῖς, καὶ ἄγων αὐτὴν εἰς τὸ ζῆσαι κατὰ τὴν δικαιοσύνην [illegible] ἔναγχος ἀποδέδεικται· ἐλέει δὲ Θεοῦ ἐξολοθρευθήσονται οἱ ἐχθροὶ, οὐ κατ' οὐσίαν φθει-

Aequitate tua educes de tribulatione animam meam.

Vere tribulatio animae est, cum hominis vita ad terram prosternitur, et ipse in tenebris sedet. Pravis quoque cogitationibus et cupiditatum flamma anima eius vexata affligitur; nemine ex his pressuris liberante, praeter cordium conscium Deum. Sed et ille, cui deceptores negotium facessunt, turbatur animo magnopere, praesertim cum illorum sophismata haud valens coarguere, ne veritate depellatur timet. Sed huius animam Deus omni pressura eripiet, illuminans eam suisque radiis collustrans, atque ut in sua iustitia vivat adiuvans, uti supra demonstratum fuit. Porro misericordia Dei destruentur inimici, non substantialiter, hoc enim fieri nequit, sed dem-

1) Vides heic de animabus sine corporibus etiam in caelum recipiendis sententiam antiquissimi Eusebii contra recentiorum Graecorum cacodoxiam.

pta iis facultate, qua iusto homini adversantur, eiusque animam vexant. Sic enim requies iusto erit, et extra bellum in pace deget. Mox provocans invocatum suum ad annuendum, addit: quia servus tuus ego sum. Et quidem omni possessione gloriaque longe melius est servum esse Dei: cuius rei magnitudinem Servator quoque exposuit adstantibus, dicens: vos me appellatis dominum et magistrum, et bene dicitis, sum enim. Nihil demum tantopere hostes nostros fugat, quam spiritalis meditatio.

ρόμενοι 1), ἀδύνατον γὰρ τοῦτο, ἀλλὰ τὴν ἕξιν ἀποβαλόντες, δι' ἣν ἐχθροὶ τοῦ δικαίου καὶ θλίβοντες τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τυγχάνουσιν· οὕτω γὰρ ἐν ἀνέσει ἔσται ὁ δίκαιος ἄνευ πολέμου ἐν εἰρήνῃ διάγων· ἐκκαλούμενος δὲ πρὸς τὸ ἐπινεῦσαι τὸν παρακαλούμενον, ἐπήγαγεν τὸ, ὅτι ὁ δοῦλος σου εἰμὶ ἐγώ· κτημάτων δὲ καὶ αὐχημάτων τὸ μέγιστον χρηματίσαι θεοῦ δοῦλον· δείκνυσι δὲ τὸ μέγεθος τούτου καὶ ὁ σωτὴρ λέγων τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ *· ὑμεῖς φωνεῖτε με ὁ κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος, καὶ καλῶς λέγετε, εἰμὶ γάρ· οὐδὲν οὕτως ἀποδιώκει τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, ὡς θεωρία πνευματική 2).

* Ioh. XIII. 13.

Psalmus CXLIII.

Si huius psalmi continentiam ad Davidem referas, praesertim quia in nonnullis exemplaribus inscribitur de Goliath, dices psalmum Davidi congruere, qui, ut est in historia, virum illum vicit non communi armatura, sed sua erga Deum fiducia: quo sibi magistro adsumpto, tunc quidem Goliathum funda ictum interfecit; aliàs vero in agro feras strangulans interemit. Decuit vero potissimum haec canere ad psalterium, quum manibus digitisque pro plectro utens, invisibiles daemonas Saulem vexantes fugavit. Quod si ad quemvis iustum haec referantur, dices cunctas hominis Deo dilecti actiones in adversariarum potestatum exitium vergere, Deo ipso has manuum operationes dirigente. Digitos eius dicit, opera etiam minima humanae vitae denotans. Et quidem manuum suarum extensione Moyses Amalecitas in fugam vertebat. Videsis etiam ne forte sit Christus, qui ait: in fugam coniiciens invisibiles hostes. Nam psalmus, ut demonstrabitur, et reditum eius de caelo, et fugam daemonum, et gentium vocationem, duos denique populos, denotat.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΓ'.

Εἰ μὲν ἀναφέρεις ταῦτα ἐπὶ τὸν Δαβὶδ, μάλιστα ὅτι κατά τινα τῶν ἀντιγράφων ἐπιγέγραπται πρὸς τὸν Γολιὰθ, ἐρεῖς ἁρμόζειν αὐτῷ, κατὰ τὴν ἱστορίαν νενικηκότι τὸν ἄνδρα οὐ τῇ κοινῇ παντευχίᾳ, πεποιθήσει δὲ τῇ ἐπὶ τὸν Θεόν· ὃν ὥσπερ διδάσκαλον ἐπιγραφόμενος, τότε μὲν τὸν Γολιὰθ τῇ σφενδόνῃ καθεῖλεν βαλών· ἄλλοτε δὲ τοὺς κατ' ἀγρὸν θῆρας ταῖς χερσὶ πνίγων ἀνῄρει· ἔπρεπε δὲ μάλιστα ἐπὶ τῇ τοῦ ψαλτηρίου ἀνακρούσει ταῦτα λέγειν αὐτὸν, ὅτε ταῖς χερσὶν καὶ τοῖς δακτύλοις ἀντὶ τοῦ πλήκτρου χρώμενος, τοὺς ἀοράτους δαίμονας ἤλαυνεν τῷ Σαοὺλ ἐνοχλοῦντας· εἰ δ' ἐπὶ πάντα δίκαιον ἀνάγοιτο τὰ ῥητὰ, ἐρεῖς πάσας τοῦ θεοφιλοῦς πράξεις, καθαίρεσιν τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων ἐνεργεῖν, τοῦ θεοῦ διδασκάλου τῆς τοιᾶσδε τῶν χειρῶν ἐκτάσεως γινομένου· τοὺς δὲ δακτύλους αὐτοῦ, τὰς μέχρι τῶν μικροτάτων ἐνεργείας τῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἐδήλωσεν· καὶ Μωϋσῆς δὲ τὰς χεῖρας ἐκτείνων ἐτροποῦτο τὸν Ἀμαλήκ· ὅρα δὲ μὴ Χριστὸς ὁ λέγων, προπωσάμενος τοὺς ἀοράτους ἐχθρούς· δηλοῖ γὰρ ὁ ψαλμὸς, ὡς δειχθήσεται, καὶ κάθοδον αὐτοῦ τὴν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τροπὴν δαιμόνων, καὶ κλῆσιν ἐθνῶν, καὶ δύο λαούς.

C. f. 326. D. f. 343. b. G. f. 222.

Qui subdidit populum meum sub me.

Ὁ ὑποτάσσων τὸν λαόν μου ὑπ' ἐμέ. v. 2.

Dei est populum suum hominibus subiicere, quod nisi a Deo fiat, numquam fiet. Nam neque Moyses talem tantamque multitudinem rexisset, nisi ei Dominus populum suum subdidisset, non armis neque hominum exercitu, sed meliore potentia.

Θεοῦ ἐστὶν τὸ ὑποτάσσειν τὸν ἑαυτοῦ λαὸν ἀνθρώποις· ὅπερ εἰ μὴ ἐκ θεοῦ γίνοιτο, οὐκ ἄν ποτε γένοιτο 3)· οὐδὲ γὰρ Μωϋσῆς ἡγήσατο ἂν τοῦ τοσούτου πλήθους, μὴ τοῦ κυρίου ὑποτάξαντος αὐτῷ τὸν ἑαυτοῦ λαὸν, οὐ δι' ὅπλων ἢ διὰ παρατάξεως ἀνθρωπίνης, διὰ δὲ τῆς κρείττονος δυνάμεως.

C. f. 325. b

Domine quid est homo, quia innotuisti ei?

Κύριε τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι ἐγνώσθης αὐτῷ; v. 3.

Interrogativo modo quaerit psalmista, quid

Πύνθανεται ὁ λόγος ἐρωτηματικῶς τὸ τί ἔστιν C. f. 325. b. G. f. 222. b.

1) In codice carioso lacuna suppletur recentiore manu φθεγγόμενοι. Ego tamen malui φθειρόμενοι.

2) Animadverte piae meditationis laudem.

3) Congruit Eusebius cum divo Paulo Rom. XIII. 1: *non est potestas nisi a Deo.*

ἄνθρωπος, ἡμᾶς διδάξαι βουλόμενος ὅτι μέγα τι ἄνθρωπος· οὐ γὰρ ἂν ἐχώρησεν θεοῦ γνῶσιν, οὐδ' ἂν ἐμνήσθη αὐτοῦ ὁ Θεὸς οὕτως, ὡς καὶ σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν ἐξαποστεῖλαι αὐτῷ τὸν ἑαυτοῦ λόγον· παραινεῖ δὲ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ μηδενὸς ἀνθρώπου καταφρονεῖν, καὶ ὅτι μηδεὶς ἄξιον κατορθοῖ τῆς τοιαύτης εὐεργεσίας.

v. 5. Κύριε κλῖνον οὐρανούς σου, καὶ κατάβηθι.

C. f. 325. b. Σφόδρα ἀναγκαίως καὶ ἀκολούθως [λέγει] καὶ αὐτὸν καταβῆναι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον εἰς καθαίρεσιν τῶν πολεμίων· εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστά, φησι, διδάσκει τὰς ἐμὰς χεῖρας καὶ τοὺς δακτύλους ὅπως χρὴ πολεμεῖν, ἀλλὰ καὶ τίς ἰσχὺς ἀνθρώπου, καὶ πόση δύναμις τοῦ θνητοῦ καὶ μεταιότητι ὁμοιωθέντος, πρὸς τὸ δυνηθῆναι σῆναι κατὰ τῆς τοσαύτης παρατάξεως; διὸ σὺ αὐτὸς, ὦ κύριε, κλῖνον οὐρανοὺς καὶ κατάβηθι· οὐρανοὺς δέ φησι τὰς ἐπινοουμένας ἐν αὐτῷ δυνάμεις· ὡς δὲ πατὴρ νηπίοις, καὶ ὡς μαθηταῖς διδάσκαλος συγκαταβαίνει.

v. 7. Ἐξαπόστειλον τὴν χεῖρά σου ἐξ ὕψους.

C. f. 326. Ἐξαπόστειλον, φησὶν ὁ ψαλμὸς, τὴν ποιητικὴν καὶ φυλακτικὴν τῶν ὅλων χεῖρα ἐπὶ τῷ ἐξελέσθαι καὶ ῥύσασθαί με ἐκ τῶν πολλῶν ὑδάτων καὶ τῶν χειρῶν τῶν ἀλλοτρίων υἱῶν· δυνατὸν δὲ τὸ ἐξ ὑδάτων πολλῶν ῥυσθῆναι εἰπεῖν τῶν πονηρῶν δυνάμεων καὶ τοῦ διαβόλου τοῦ βασιλέως πάντων τῶν τοιούτων· ἐξαιρεθῆναι δὲ καὶ ἐκ χειρὸς τῶν ἀλλοτρίων υἱῶν, τῶν ἐνεργουμένων ὑπ' αὐτῶν ἀνθρώπων· τὰς ἐπαναστάσεις γὰρ τῶν πειρασμῶν καὶ τῶν ἀσεβῶν, ὕδατα ἐκάλεσεν, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φησι· ἄρα τὸ ὕδωρ κατεπόντισεν ἡμᾶς*· καὶ πάλιν· σῶσόν με ὁ Θεὸς ὅτι εἰσέλθωσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου*· ἀκολούθως δὲ μετὰ τὴν κατάβασιν τοῦ Θεοῦ λόγου, τὴν ἐπιβουλὴν τῶν ἀσεβῶν . . αὐτοῦ τῳ . . θεασάμενος, τὰ προκείμενα θεσπίζει.

* Ps. CXXIII. 4.

* Ps. LXVIII. 2.

v. 9. Ὠιδὴν καινὴν ᾄσομαί σοι.

C. f. 326. b. D. f. 344. b. C. f. 223. Ἄδει, καὶ τὴν καινὴν διαθήκην ἐν τοῖς περὶ τῆς καθόδου τοῦ θεοῦ λόγου προφητευομένοις μνημονευθῆναι· διὸ δηλοῦται αὖτη διὰ τῆς καινῆς ᾠδῆς· ἐν τῷδε λέγειν καινὴν, πεπαλαίωκε τὴν πρώτην, ὡς φησιν ὁ ἀπόστολος*· περὶ ταύτης λέλεκται τῆς ᾠδῆς, ᾄσατε τῷ κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, ᾄσατε τῷ κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ· ἀλλὰ καὶ ψαλῶσι, φησὶν, ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ, τὸν πρακτικὸν αἰνιττόμενος βίον διὰ ψυχῆς καὶ σώματος ἐνεργουμενον· πέντε μὲν ὄντων σαρκὸς αἰσθητηρίων, πέντε δὲ τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, δι' ὧν τὰ αἰσθητήρια τοῦ σώματος κινεῖται 1).

* Hebr. VIII. 13.

sit homo; docere nos volens, magnum quid esse hominem. Secus enim, neque ipse Dei notitiam caperet, neque Deus tantopere eius meminisset, ut etiam servatorem redemptoremque ei mitteret proprium Verbum. Monet simul ne quemquam hominem contemnamus; et quod nemo beneficio tanto dignum aliquid agat.

Domine inclina caelos tuos, et descende.

Necessario admodum et consentanee *dicit*, ipsum descendisse Dei Verbum ad hostium destructionem. Etiamsi enim, inquit, egregie docet manus meas ad bellum; attamen quantula est vis hominis, et morituri virtus qui vanitati similis est, ut tantae hostium acici resistere possit? Ergo tu ipse, Domine, caelos inclina et descende. Caelos autem dicit, quae ibi intelliguntur esse potestates. Porro ceu pater ad parvulos filios, ceu ad discipulos magister descendit.

Emitte manum tuam ex alto.

Emitte, ait psalmus, operatricem tutelaremque rerum omnium manum, ut eruas liberesque me de multis fluctibus, et alienorum filiorum manibus. Iam eripi de multis fluctibus, intelligi potest de malis potestatibus, et de harum omnium rege diabolo. Item liberari de alienorum filiorum manibus, nempe de commotis, illorum obsessu, hominibus. Etenim impetum tentationum atque impiorum, aquas appellavit, ut et alibi ait: forsitan aquae submersissent nos. Item: salva me Domine, quia intraverunt aquae usque ad animam meam. Consentanee vero post Dei Verbi descensum, impiorum insidias videns, suprascripta vaticinatur.

Canticum novum cantabo tibi.

Canit, se novum quoque foedus in his quae de reditu Dei Verbi vaticinatur, memoravisse. Idcirco id foedus novo cantico demonstratur. Dum autem novum dicit, prius illud antiquavit, ut ait apostolus. De huiusmodi cantico dicta sunt et illa: cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra. Insuper: psallant, inquit, psalterio decachordo; practicam innuens vitam, anima simul et corpore operantem. Sunt enim quinque carnis sensus, quinque item animae potentiae, quibus corporei sensus moventur.

1) Videsis Nicetae Serrarum episcopi prohoemium a nobis editum ad catenam in psalmos.

Qui dat salutem regibus.

Qui caelorum regnum nos docuit, reges eos efficit qui illo digni fuerint, quibus etiam vi propria salutem confert; simulque recte agentes, extra peccati dominatum ponit. Utique Christus in proverbiis dicit: per me reges regnant. Haec cernens apostolus scribebat: sine nobis regnavistis, et utinam regnaveritis, ut et nos vobiscum conregnemus. Quoniam ergo his salutem Deus largitur, merito ipsi quoque Davidi spem bonam oraculum iniicit, fore ut a peccatis, in quae aliquando cecidit, redimatur. Nam Verbi Dei descensus Davidi quoque cum aliis beneficus extitit, qui nativitati eius in carne inserviit.

Τῷ διδόντι τὴν σωτηρίαν τοῖς βασιλεῦσι. v. 10.

Ὁ διδάξας βασιλείαν οὐρανῶν, βασιλεῖς ἐργάζεται τοὺς καταξιουμένους αὐτῆς, οἷς δίδωσι τὴν παρ' αὐτοῦ σωτηρίαν· ἅμα δὲ κατορθώσασι τὸ μὴ βασιλεύεσθαι ὑπὸ ἁμαρτίας· Χριστὸς δ' ἐστὶν ὁ ἐν παροιμίαις λέγων*· δι' ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσι· ταῦτα εἰδὼς ὁ ἀπόστολος ἔγραφεν*· χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε; καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν· ἐπεὶ οὖν τούτοις χαρίζεται ὁ Θεὸς τὴν σωτηρίαν, εἰκότως καὶ τῷ Δαβὶδ ἀγαθὰς ἐλπίδας ὑπογράφει τὸ λόγιον, ὡς λυτρωθησομένῳ ἀφ' ὧν ὥωσστε πέπτωκεν ἁμαρτιῶν· ἡ γὰρ κάθοδος τοῦ θεοῦ λόγου μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τῷ Δαβὶδ εὐεργετικὴ γεγένηται, ἅτε διακονησαμένῳ τῇ ἐνσάρκῳ αὐτοῦ γενέσει. C. f. 326. D. * Prov. VIII. 15. * I. Cor. IV. 8.

Qui redimit Davidem servum suum de gladio maligno.

Gladius malignus, lingua est atheorum, et illorum sermones qui sophismata adversus Deum excogitant, ut animas interficiant. Manus autem filiorum alienorum, actus sunt et vita illorum qui Dei cultu alieni sunt; quorum os fabulosis figmentis et idolorum erroribus loquitur vanitates. Horum etiam dextera, id est vis operosior, avaritia et rapinis occupatur. Huiusmodi erant prioris populi homines, sicuti dictum est. Ex his iam nunc denuo orat David se eripi, ne pari peccatorum genere irretiatur.

Τῷ λυτρουμένῳ Δαβὶδ τὸν δοῦλον αὐτοῦ ἐκ ῥομφαίας πονηρᾶς. v. 10.

Ῥομφαία πονηρὰ ἡ γλῶττα ἐστὶν τῶν ἀθέων, καὶ οἱ λόγοι τῶν τὰ σοφίσματα κατὰ τοῦ Θεοῦ μελετώντων εἰς τὸ φονεύειν ψυχάς· χεὶρ δὲ υἱῶν ἀλλοτρίων, πρᾶξις καὶ ὁ βίος τῶν ἀλλοτρίων τῆς Θεοσεβείας, ὧν ἐν μύθοις ἀναπλάσμασι καὶ ταῖς περὶ εἰδώλων πλάναις τὸ στόμα λαλεῖ ματαιότητας· τούτων δὲ καὶ δεξιὰ, τουτέστιν ἡ πρακτικωτέρα δύναμις, περὶ πλεονεξίας καὶ ἁρπαγὰς ἀσχολεῖται· τοιοῦτοι δ' ἂν εἶεν καὶ οἱ ἐκ τοῦ προτέρου λαοῦ, καθ' ἃ εἴρηται· ἀπὸ τούτων οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἤδη δεύτερον ὁ Δαβὶδ ῥυσθῆναι εὔχεται, ἵνα μὴ ἁλῷ τοῖς ὁμοίοις ἁμαρτήμασιν. C. f. 327.

Quorum filii sicut novellae plantationes in iuventute sua.

Non prioris tantummodo populi filii, sed omnium a Dei cultu alienorum, ceu novae plantationes sunt in iuventute sua. Iusti autem hominis caro infirma est, et eius mentis fastus emortuus. Illorum, qui de circumcisione sunt, filiae quoque meretricio more sunt exornatae, ad templi imaginem ubi spiritus malus inhabitat. Ideo de illis dicit propheta: propterea incesserunt filiae Sionis erecto collo, et cum nutibus oculorum, et reliqua. Sancti autem homines templum Dei sunt, et Dei spiritus in ipsis inhabitat. Et illorum quidem abundant redundantque penora thesaurizantium in terra et dicentium: destruam horrea mea et ampliora aedificabo; horum contra thesaurus in caelo est. Illorum oves foecundae ac numerosae, bovesque crassi, cuiusmodi in Aegypti ubertate, nempe illi pulcra specie et eximiis carnibus quos vidit Pharao. Sed iusti viri

Ὧν οἱ υἱοὶ ὡς νεόφυτα ἱδρυμένα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν. v. 12

Τοῦ πρωτέρου λαοῦ οἱ υἱοὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἀλλοτρίων τῆς Θεοσεβείας ὡς νεόφυτα ἐστὶν ἱδρυμένα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν· τοῦ δὲ δικαίου ἡ σὰρξ ἐστὶν ἀσθενὴς, καὶ τὸ φρόνημα ἐστὶν νενεκρωμένον· τούτων τῶν ἐκ περιτομῆς καὶ αἱ θυγατέρες ἑταιρικῶς εἰσὶ κεκοσμημέναι ὡς ὁμοίωμα ναοῦ ἐν ᾧ πονηρὸν πνεῦμα ἐνοικεῖ· διό φησι περὶ αὐτῶν ὁ προφήτης*· ἀνθ' ὧν ἐπορεύθησαν αἱ θυγατέρες Σιὼν ἐν ὑψηλῷ τραχήλῳ καὶ ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν, καὶ τὰ ἑξῆς· οἱ δὲ ἅγιοι, ναός εἰσι θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν αὐτοῖς· καὶ τῶν μὲν περιττεύει καὶ ὑπερχεῖ τὰ ταμεῖα θησαυριζόντων ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ λεγόντων, καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας καὶ μείζονας οἰκοδομήσω· τῶν δὲ ὁ θησαυρὸς ἐστιν ἐν οὐρανῷ· καὶ τῶν μέν ἐστι πρόβατα πολύτοκα πληθύνοντα, καὶ βόες παχεῖς, ὁποῖοι τῆς Αἰγύπτου εὐθηνίας· καλοὶ γὰρ τῷ εἴδει καὶ ἐκλεκτοὶ ταῖς σαρξὶν ἦσαν οὓς εἶδεν ὁ Φαραώ· τοῦ δὲ δικαίου ἡ πίμνη ψυ- C. f. 327. G. f. 224. * Is. III. 6.

χὰς ἀκεραίους, καὶ ἀγαθὰ καὶ λογικὰ πρόβατα ἐνπεριείληφεν.

D. f. 345. G. f. 224. Τοῦ [δικαίου] μὲν διὰ τὸ φοβεῖσθαι τὸν κύριον, μακάριοι οἱ υἱοὶ ὡσεὶ νεόφυτα εἰσὶν ἐλαιῶν κύκλῳ τῆς τραπέζης αὐτοῦ· τῶν δὲ ἀλλοτρίων οἱ υἱοὶ, ὡς νεόφυτα ἐρρυμένα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν· κἀκείνῳ μὲν οὐκ εἰσὶ θυγατέρες· τούτοις δὲ εἰσὶ κεκαλλωπισμέναι περικεκοσμημέναι ὡς ὁμοίωμα ναοῦ· κἀκείνῳ μὲν εἰσὶν υἱοὶ υἱῶν, τούτοις δὲ οὐχί· ἔτι ἐκείνῳ μὲν οὐκέτι ταμεῖον οὐδὲ ἀποθήκη· τούτων δὲ τὰ ταμεῖα πλήρη ἐξερευγόμενα

* Matth. VI. 26. ἐκ τούτου εἰς τοῦτο· καὶ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον * δὲ τοῖς τρεφομένοις ὑπὸ τοῦ οὐρανίου πατρὸς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, οὐκέτι ταμεῖον οὐδὲ ἀποθήκη. Υἱοὶ, οἱ αἱρετικοὶ λόγοι, καὶ τὰ νοήματα ὡς νεόφυτα, διὰ τὴν καινοτομίαν· θυγατέρες αἱ λέξεις· κεκαλλωπισμέναι δὲ διὰ τὴν φράσιν, ναὸν οὖσαι τοῦ φρονήματος.

v. 14. Οὐκ ἔστι κατάπτωμα φραγμοῦ κ. τ. λ.

* Iob. XXI. 7. C. f. 327. b. D. f. 345. b. Καὶ ἐν τῷ Ἰὼβ εἴρηται *· διὰ τί ἀσεβεῖς ζῶσιν; πεπαλαίωνται δὲ καὶ ἐν πλούτῳ, καὶ τὰ ἑφεξῆς· ὡλὴν ἐπιφέρει· οὐ μὴν καὶ ἀσεβῶν λύχνος σβεσθήσεται. Καὶ ἐν ἑβδομηκοστῷ δευτέρῳ ψαλμῷ λέγεται· ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν, καὶ τὰ ἑξῆς· ὧν καὶ αὐτῶν ἡ λύσις ἐπάγεται ἐν τῷ, πῶς ἐγένοντο εἰς ἐρήμωσιν; ἐξάπινα ἀπώλοντο διὰ τὴν ἀβουλίαν αὐτῶν, ὡς ἐνύπνιον ἐξεγειρομένων.

ovile puras animas, et bonas ac rationales oves, complectitur.

Iusti viri, propterea quod Dominum timet, beati filii tamquam novellae oleae sunt circa mensam eius. Sed alienorum a Deo hominum filii, novellae sunt plantationes in iuventute sua. Et priori quidem, filiae non sunt; his autem specie pulcra et ornatae instar templi. Priori sunt filii filiorum; his nequaquam. Insuper priori non est arca, neque horreum; his autem promptuaria hac illac perfluentia. Atqui, secundum evangelium, caeli volatilibus a caelesti patre nutritis non est promptuarium neque horreum. Filii, intelliguntur haereticorum sermones, eorumque commenta tamquam novae plantationes ob rei novitatem. Filiae, intelliguntur vocabula pulcra et ornata ad loquendum, et veluti fastus templum.

Non est ruina maceriae etc.

In Iob quoque dicitur: cur impii vivunt, et in divitiis consenescunt? et reliqua. Verumtamen subiicit: tametsi impiorum lucerna extinguetur. Et in septuagesimo secundo psalmo: zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns, et reliqua. Quorum solutio subiungitur his verbis: quomodo redacti sunt ad solitudinem? subito perierunt ob inconsiderantiam suam, ceu somnium evigilantis mente defluit.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΔ΄.

Psalmum CXLIV.

C. f. 328. Οὔτε δι' ὀργάνου τοῦ καλουμένου ψαλτηρίου λέλεκται τὰ προκείμενα, οὔτε δι' ᾠδῆς, καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, αἴνεσις ἐπιγέγραπται·

Neque ad organum neque ad psalterium dictus fuit hic psalmus, neque cantici aut cuiuslibet metri nomen habet, sed laus inscribitur.

v. 2. Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε.

Per singulos dies benedicam tibi.

C. f. 328. D. f. 346. G. f. 224. b. Ἀρχὴ παρ' Ἑβραίοις τοῦ παρόντος στίχου τὸ βήθ 1) διδάσκει δὲ ὅτι προσήκει ὥσπερ ὀφειλὴν ἑκάστης ἡμέρας τῷ θεῷ τὸν ὕμνον ἀποδιδέναι .. μηδεμιᾶς ἡμέρας τῷ θεῷ ὕμνον ὀλιγωρεῖν καὶ ἀπολιμπάνεσθαι 2)· διανοίᾳ μὲν οὖν καὶ λογισμοῖς, καὶ αὐτῇ τοῦ ἐν ἡμῖν πνεύματος δυνάμει αὐτὸν τὸν θεὸν ὑψοῦμεν καὶ εὐλογοῦμεν· χείλεσι δὲ καὶ θνητοῖς ῥήμασι τοῦ θεοῦ τὸ ὄνομα δοξάζομεν· ἀεί σε, φησιν, ὑμνῶν διατελῶ, καὶ οὐδεμίαν ἀμείρων ἐάσω τῆς ὑμνῳδίας· ἀντὶ δὲ τοῦ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ὁ μὲν Ἀκύλας εἰς ἔτι,

C. f. 224. b. ὁ δὲ Σύμμαχος διηνεκῶς, ἡρμήνευσαν.—Ἀκόλουθα δὲ πάντα τοῖς προλαβοῦσι· εἰπὼν γὰρ εὐλογήσω καὶ ὑψώσω, δείκνυσιν ὡς οὐδὲν αὐ-

Initium apud Hebraeos praesentis versiculi est littera beth. Docemur autem, oportere tamquam uniuscuiusque diei debitum, hymnum Deo persolvere, nullo inquam die hymnodiam divinam negligere aut omittere. Et mente quidem, et cogitationibus, et ipsa spiritus vi Deum extollimus atque laudamus: labiis vero et perituris verbis Dei nomen glorificamus. Te, inquit, semper hymnis celebro, nullamque diem absque hymnodia praetermitto. Iam pro verbis «in saeculum saeculi» Aquilas interpretatus est «usque adhuc», Symmachus autem «continenter».—Cuncta autem consentanea sunt prioribus. Nam quum di-

1) Nempe בְּכָל־יוֹם *in omni die.*

2) Observemus, teste Eusebio, hymnodiae quotidianae in ecclesia consuetudinem.

xerit laudabo et exaltabo, significat nihil Deo addi a nostris laudibus. Nosmet potius illustramus, dum laudem laude connectimus.

Et iustitia tua exultabunt.

His verbis declarat Dei virtutes, quatenus ad nos deveniunt, ex quibus eumdem cognoscimus: virtutes inquam nobis superiores, invisibiles, et incomprehensibiles, quas mortalis natura mente complecti nequit. Attamen Dei virtutes perpetuo ad nos decurrentes, ex quibus eum cognoscimus, hae totidem voces sunt.

Miserator et misericors Dominus, et reliqua.

Quum nihil nos essemus, neque adhuc existentes, in lucem protulit. Deinde prava multa agentes, et superbo contemptu viventes, non pro meritis persequitur; sed miseretur, diuque nos vocat ad paenitentiam, quia mortem peccatoris non vult, sed magis eius paenitentiam. Neque ita erga suos tantum se gerit, sed erga omnes omnino; est enim cunctis benignus.

Et miserationes eius super omnia opera eiusdem.

Quoniam miserationes eius cunctis praevalent eiusdem operibus, consequenter dictum est: confiteantur tibi omnia opera tua. Debetur ei insuper, ut ipsae quae inanimes existimantur creaturae, voce propemodum emissa gratias ei agant, et confiteantur creatori suo. Participat enim sapientiam eius unaquaeque ab eo varie constructa creatura, et vim creationis mirabili artificio sentit. Specialiter vero praecipueque sancti eius maiorem laudis partem retribuunt: nam iis quae cogitant atque agunt, regnum eius praedicant, in antecessum id manifestantes, ut tamquam ei militantes, gloria sint regni eius. Praedicabunt item connaturalem regno eius dominatum, et quod unaquaeque creatura ordinate ei subest. Quum sint benivoli hi qui gratia tua ad te per sanctitatem conversi sunt, bona sua sine invidia communicant per magisterium filiis hominum. Rerum tantummodo, quae humanam vitam excedunt, magister atque antecessor Christus est; quum ii qui adhuc filii hominum erant, magistri essent effecti ab iis quos ipse Christus erudiverat. Paulus igitur non ab hominibus, aut per homines, sed a revelatione Iesu Christi accepto evangelio, idque edoctus, gentium doctor in fide ac veritate evasit. Quin adeo Servator ipse misit apostolos ad docendas gen-

τῷ προστίθησιν ἡ παρ' ἡμῶν εὐφημία· ἑαυτοὺς δὲ λαμπρύνομεν, αἶνον δὲ εἰς τὸν αἶνον προσάγοντες.

Καὶ τῇ δικαιοσύνῃ σου ἀγαλλιάσονται. v. 7.

Διὰ τούτων διδάσκει τοῦ Θεοῦ τὰς ἀρετὰς, C. f. 329.
ὅσαι εἰς ἡμᾶς διήκουσιν, ἀφ' ὧν αὐτὸν καὶ γνωρίζομεν· τὰς γὰρ ὑπὲρ ἡμᾶς ἀθεωρήτους ἡμῖν οὔσας καὶ ἀκαταλήπτους, οὐχ οἷόν τέ ἐστι θνητῇ φύσει περιλαβεῖν· ἀεὶ δὲ εἰς ἡμᾶς φθάνουσαι τοῦ Θεοῦ ἀρεταί, ἀφ' ὧν αὐτὸν γινώσκομεν, αἱ φωναί εἰσιν αὗται.

Οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ὁ κύριος, καὶ τὰ ἀκόλουθα. v. 8

Μὴ γὰρ ὄντας ἡμᾶς μηδὲ ὑφεστῶτας, παρήγαγεν εἰς φῶς· εἶτα πολλὰ δρῶντας κακὰ καὶ καταφρονητικῶς ἔχοντας αὐτοὺς, οὐ μετέρχεται κατ' ἀξίαν· ἐμ . . δὲ ἐλεεῖ, ἀλλὰ καὶ μακροθυμεῖ προσκαλούμενος ἡμᾶς εἰς μετάνοιαν, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ· οὐ μόνον δὲ περὶ τοὺς οἰκείους τοῦτο ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ περὶ πάντας ἅπαξ ἁπλῶς, ἐπεὶ καὶ χρηστός ἐστι τοῖς σύμπασιν.

Καὶ οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. v. 9

Ἐπειδὴ εἰ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα C. f. 329.
αὐτοῦ, ἀκολούθως λέλεκται· ἐξομολογησάσθωσάν σοι πάντα τὰ ἔργα σου· προσωφείλεται αὐτῷ ὡς καὶ αὐτὰ τὰ νομιζόμενα εἶναι ἄψυχα, φωνὴν ἀφιέντα μονονουχὶ εὐχαριστεῖν καὶ ἐξομολογεῖσθαι τῷ ποιήσαντι αὐτά· μετέχει γὰρ τῆς αὐτοῦ σοφίας ἕκαστον αὐτοῦ τῶν ἔργων ποικίλως κατεσκευασμένον, καὶ πανσόφως μετέχον τῆς δημιουργικῆς δυνάμεως· ἀφωρισμένως δὲ καὶ ἐξαιρέτως εἰ ὅσιοι αὐτοῦ τὸ μεῖζον τῆς ἐξομολογήσεως ἀποδιδόασιν· διὰ ὧν γὰρ φρονοῦσιν καὶ πράττουσιν, τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἐροῦσιν, ἐμφανίζοντες προγευστικῶς, ὡς αὐτῷ στρατευσάμενοι δόξαν εἶναι τῆς βασιλείας αὐτοῦ· λαλήσουσι δὲ καὶ συμφυῆ δυναστείαν τῇ βασιλείᾳ, ὡς ἕκαστα τῶν κτισμάτων τεταμένως αὐτῷ ὑποτέτακται· ὄντες φιλάνθρωποι εἰ τῆς πρὸς σὲ καὶ παρὰ σοῦ ὁσιότητος μεταποιούμενοι, ἀφθόνως ὧν ἔσχεν ἀγαθῶν μεταδιδόασιν τοῖς τῶν ἀνθρώπων υἱοῖς διδασκαλικῶς· μόνων γὰρ τῶν τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν ὑπεραναβεβηκότων διδάσκαλος καὶ καθηγητὴς ὁ Χριστὸς, τῶν ἔτι τυγχανόντων υἱῶν ἀνθρώπων διδασκάλων γινομένων ὑπὸ τῶν ὑπὸ Χριστοῦ πεπαιδευμένων· Παῦλος * γοῦν ὁ μὴ παρὰ * Gal. I. 1.
ἀνθρώπων, ἢ δι' ἀνθρώπων, ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ παραλαβὼν καὶ διδαχθεὶς τὸ εὐαγγέλιον, διδάσκαλος ἐθνῶν ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ· ἀμέλει γοῦν καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἐκπέμπει τοὺς ἀποστόλους ἐπὶ τῷ μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη, πρό-

τερον παιδεύσας αὐτοὺς μὴ καλεῖν διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς *· ἃ τοίνυν παρ' αὐτοῦ μανθάνουσιν οἱ ὅσιοι, γνωρίζουσιν τοῖς τῶν ἀνθρώπων υἱοῖς.

* Matth. XXIII. 9.

v. 14. Πιστὸς κύριος ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ.

C. f. 347. G. f. 226.

Πιστὸς δὲ ὁ θεὸς οὐχ ὡς μετέχων πίστεως, ἀλλ' ὡς ἀξιόπιστος εἴρηται· πάντα γὰρ ἃ λέγει γίνεται· κατὰ τὸ *, αὐτὸς εἶπεν, οὐχὶ ποιήσει καὶ οὐχὶ ἐμμένει; λέγει δὲ καὶ τὸ, ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν· καὶ ὅσιος δὲ, ὡς ὁσιότητος μεταδιδοὺς τοῖς ἔργοις αὐτοῦ· ὥσπερ καὶ ἅγιος ἐν τοῖς μετέχουσι τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ· καὶ σοφία ἔστιν ὁ σωτὴρ ἐν τοῖς κατ' αὐτὸν σοφοῖς.

* Num. XXIII. 19.

v. 15. Σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ.

C. f. 330.

Φησὶ δὲ καὶ ὁ Εὐσέβιος 1) ὡς οὐ μόνον ἰατρός ἐστιν ὁ θεὸς τῶν πεπτωκότων, καὶ θεραπευτὴς τῶν κατερράγμενων, ἀλλὰ καὶ τροφεὺς τῶν ἁπάντων· διὸ καὶ πάντων τῶν λογικῶν τε καὶ ἀλόγων ζῴων οἱ ὀφθαλμοὶ ἄνω εἰς αὐτὸν ἀναβλέπουσιν, καὶ φυσικαῖς τισὶ καὶ διδακταῖς ὁρμαῖς πρὸς αὐτὸν πάντων ἀφορώντων, αὐτὸς οἷα πατὴρ ἀγαθὸς τὰς τροφὰς τοῖς καιροῖς ἐπιτηδείως ἄλλοτε ἄλλας χορηγεῖ, τοῖς πᾶσιν τὴν χεῖρα τε τὴν δημιουργικὴν τουτέστι τὴν δύναμιν ἐξαπλῶν ἀφθόνως καὶ ἀνεπικωλύτως πᾶν ζῷον ἐμπίπλησι τῆς τῶν ὑπ' αὐτοῦ δωρουμένων ἀπολαύσεως.

v. 18. Ἐγγὺς κύριος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ.

C. f. 330. b. D. f. 348. G. f. 226. b.

Εἶτα ἐπειδὴ ὀλίγων ἐστὶ τὸ δύνασθαι ἐπιστημόνως αὐτὸν ἐπικαλεῖσθαι, καὶ καταξιοῦσθαι αὐτοῦ τῆς ἀκοῆς, ἐπιφέρει ἀναγκαίως ἐπαναλαβὼν τὸν λόγον καὶ φησὶν, ὅτι οὐ πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν, ἀλλὰ μόνοις τοῖς ἐν ἀληθείᾳ τοῦτο πράττουσιν ἐπιτυγχάνει· τῶν γὰρ μὴ τοιούτων, μακρὰν ἀφέστηκεν· οἷς καὶ φησίν *· αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διϊστῶσιν ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν· περὶ τούτων δὲ καὶ ἀλλαχοῦ λέλεκται *· διότι οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ, ἀπωλοῦνται· πᾶσι μὲν οὖν ἐγγὺς κατὰ πρόνοιαν, κατὰ σχέσιν δὲ τοῖς σὺν ἐπιστήμῃ καλοῦσιν· τοῦτο γὰρ τὸ ἐν ἀληθείᾳ.—Μετὰ τὴν κοινὴν δὲ πρόνοιαν, ἐξαίρετον τὴν περὶ τῶν πιστῶν ἐπενήνοχε, τὸ τοιούτων ἐγγὺς εἶναι, καὶ μειζόνως αὐτῶν προνοεῖσθαι.

* Is. LIX. 2.

* Ps. LXXII. 17.

v. 21. Αἰνέσιν κυρίου λαλήσει τὸ στόμά μου, καὶ εὐλογείτω πᾶσα σὰρξ τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ.

C. f. 330. b.

Τέως μὲν αἰνῶν οὐ διαλείψω θεόν· εὔχομαι δὲ

tes; quos antea monuerat nequem magistrum in terra appellarent. Quae ergo ab eo sancti discunt, haec filiis hominum notificant.

Fidelis Dominus in sermonibus suis.

Fidelis Deus, non quasi fidem participans, sed quia fide dignus dicitur. Cuncta enim quae dicit, fiunt; iuxta illud: ipse dixit; nonne faciet, et non manebit? Insuper illud: caelum et terra transibunt, sermones autem mei non praeteribunt. Iustus item est, quatenus impertitur creaturis suis iustitiam: sicuti etiam sanctus in iis, qui sanctitatem eius participant. Denique sapientia Servator est in iis, qui instar eius sancti sunt.

Tu das escam illorum tempore opportuno.

Ait etiam Eusebius, Deum non tantum esse lapsorum medicum, et confractorum sanatorem, sed et omnium nutritorem. Quamobrem omnium tam rationalium quam etiam irrationalium animantium oculi ad eum suspiciunt, et naturalibus insitisque motibus illum spectant, dum ipse ut bonus pater temporibus idoneis escas modis variis suppeditat, cunctisque manum suam creatricem, id est suam virtutem, abundanter et sine ullo impedimento impertiens, omne animal replet donorum suorum fructu.

Prope est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate.

Deinde quia paucorum est sapienter eum invocare, atque eius exauditione dignos haberi, necessario sermonem resumens ait: non omnibus invocantibus eum, sed iis tantummodo qui cum veritate id agunt, occurrit: namque ab iis qui aliter se habent, longe abest. Quibus etiam ait: peccata vestra me a vobis separant. De his alibi quoque dictum est: quoniam qui a te se elongant, peribunt. Cunctis itaque providentiâ suâ prope adest, sed tamen quod ad affectum adtinet, adest invocantibus cum sapientia; id enim significat «in veritate.» Post generalem providentiam, specialem erga fideles intulit, nempe quod his prope adsit, magisque consulat.

Laudem Domini loquetur os meum, et benedicat omnis caro nomini sancto eius.

Interim a Dei laudibus non desistam. Opto

1) Eusebii nomen in codicibus quos adhibuimus constanter in marginibus scribitur omnium quae edidimus fragmentorum. Hoc tamen loco auctor catenae codicis C etiam in contextu posuit.

autem celerius in rem conferri prophetiam quae dicit: effundam de Spiritu meo super omnem carnem. Et, omnis spiritus laudet Dominum. Hoc vero continget cum plenitudo gentium introierit, et universum hominum genus salvum fiet. Os dicit intellectuale, ut alibi. Omnis caro benedicet nomini Domini in saeculum et in saeculum saeculi, salutare Dei spectatura, nec iam instar foeni decidua.

καὶ θᾶττον ἀποβῆναι τὴν λέγουσαν προφητείαν· ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα*· καὶ πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν κύριον· ἔσται δὲ τοῦτο ἡνίκα τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, ὅτε καὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων σωθήσεται· στόμα δὲ λέγει τὸ νοητὸν, ὡσπερ οὖ καὶ ἀλλαχοῦ· πᾶσα σὰρξ εὐλογεῖσα τὸ ὄνομα κυρίου ἔσαι, δηλονότι εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ὀψομένη τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ, καὶ οὐκ οὖσα ὡς χόρτος.

D. f. 348. G. f. 226. b. * Iohel. II. 28.

D. f. 348. G. f. 227.

Psalmus CXLV.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΕ΄.

Alleluia laudem Domini significat. Sic enim explicatur vocabulum. Laus est itaque praesens psalmus; quare et incipit: lauda anima mea Dominum; sive spiritus animam adhortetur, sive ipsa se. Deinde mandato obtemperans, prompte respondet dicens: laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quamdiu fuero. Quod si immortalis est anima, semperque vivit et est etiam post discessum a corpore, iure suo ait: numquam desinam laudare Dominum; sed longa saecula, et totum immortalis meae vitae tempus, nonnisi laudans Dominum transigam. Sic etiam audiamus dicentem animam « donec fuero » non quod postea non sit duratura, sed quia in infinitum tempus futura sit subsistentia eius, parique spatio Dominum se laudaturam promittat.

Τὸ ἀλληλούϊα αἶνον κυρίου σημαίνει· οὕτως γὰρ ἑρμηνεύεται ἡ λέξις· ἔστιν οὖν καὶ τὸ προκείμενον, αἶνος· διὸ δὴ ἀρχόμενος φησὶν ὁ λόγος· αἰνεῖ ἡ ψυχή μου τὸν κύριον, ἤτοι τοῦ πνεύματος τῇ ψυχῇ παρακελευομένου, ἢ αὐτῆς ἑαυτῇ· εἶθ' ὑπακούσασα τῷ προστάγματι, προθύμως ἀποκρίνεται λέγουσα· αἰνέσω κύριον ἐν ζωῇ μου, ψαλῶ τῷ Θεῷ μου ἕως ὑπάρχω· εἰ δὲ ἀθάνατος ἐστὶν ἡ ψυχὴ, ἀεί τε ζῇ καὶ ὑπάρχει καὶ μετὰ τὴν τοῦ σώματος ἀπαλλαγὴν δυναμένη, φησὶν, ὡς ἄρα οὐδὲ πώποτε παύσομαι αἰνοῦσα τὸν κύριον, ἀλλ' εἰς μακροὺς αἰῶνας, καὶ πάντα τὸν τῆς ἀθανάτου ζωῆς μου βίον, οὐδὲν ἕτερον πράττουσα τοῦ αἰνεῖν τὸν κύριον διατελέσω· ὡς ψυχῆς δὲ ἀκυστέον λεγούσης τὸ ἕως ὑπάρχω, οὐχ ὡς μελλούσης μετ' αὐτὰ μὴ ὑπάρχειν, ἀλλ' εἰς ἄπειρον τὸν τῆς ὑπάρξεως αὐτῆς χρόνον 1) αἰνέσειν ἐπαγγελλομένης τὸν κύριον.

C. f. 331. D. f. 348. b.

Nolite confidere in principibus.

Μὴ πεποίθατε ἐπ' ἄρχοντας. v. 3.

Hoc simile illi: bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. Bonum est sperare a Domino, quam sperare a principibus. Id autem syllogismo demonstrat. Nam si ipsi, inquit, salutem sibi comparare nequiverunt, quaenam erit ab his utilitas? Neque enim valent semet ipsos morte eripere post terminum: nam morientis hominis spiritus egressus, illuc vadet quo abducetur. Reliqua hominis pars in pulverem suum revertetur, naturae legi obsequens, quam initio Deus Adamo statuit dicens: pulvis es, et in pulverem reverteris. Quorum verborum sensus est: consilia omnia, quae adhuc vita comite apud se cogitans congesserat, quasi futurus aeternus, coacervans in terra thesauros, terribilia se facturum spondens, et aliis comminans, una hora

Ὅμοιον τῷ, ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον· ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχοντας· τοῦτο δὲ παρίσησιν διὰ συλλογισμοῦ· εἰ γὰρ αὐτοί, φησιν, ἑαυτοῖς περιποιήσασθαι σωτηρίαν οὐχ οἷοί τέ εἰσιν, τίς ἂν γένοιτο ἀπὸ τῶν τοιούτων ὠφέλεια; οὐδὲ γὰρ δύνανται ἑαυτοὺς ἐξελέσθαι τοῦ θανάτου μετὰ τὸ τέλος 2)· τὸ μὲν γὰρ τοῦ θνήσκοντος ἐξελεύσεται πνεῦμα 3), ἔνθα ἂν ἀπάγῃ ὁ ἀπάγων· ὁ δὲ λοιπὸς ἄνθρωπος ἀποστρέψει εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ, νόμον φύσεως πληρῶν ὃν ἐπέσκηψεν ἀρχῆθεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ εἰπών. γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσει· οὗ λεγόμενον, εἰ λογισμοὶ πάντες οὓς ἔτι περιὼν τῷ βίῳ συνήγαγεν παρ' ἑαυτῷ διανοούμενος, καὶ ὥσπερ τις αἰώνιος συνάγων καὶ θησαυρίζων ἐπὶ γῆς, ποιήσειν τε τὰ δεινὰ ἐπαγγελλόμενος, καὶ πάλιν ἑτέ-

C. f. 331. b. D. f. 348. b. G. f. 227.

1) Perspicuum Eusebii de animae immortalitate testimonium.

2) De praescripto vitae termino legesis longam S. Germani patriarchae cpōlitani dissertationem a nobis alibi editam.

3) De animae exitu legitur homilia S. Cyrilli alex. editionibus, quam tamen codices a me observati Theophilo eius patruo ac decessori tribuunt.

ρους ἀπειλῶν, ὑπὸ μίαν ὥραν σβεσθήσονται, καὶ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν δηλαδὴ τῶν ἀρχόντων τῶν παρὰ πολλοῖς θαυμαζομένων· λέγει δ' ἂν καὶ ἄρχοντας τούτου τοῦ αἰῶνος· μεταστωτὴν γὰρ καὶ οὗτοι ἔχουσι τὴν ἀρχήν· ὁ δὲ σωτὴρ μόνος αἴτιος σωτηρίας, ὁ λέγων· σώζων οὐκέτι πάρεξ ἐμοῦ· εἰ ταίνυν ἐξ αὐτοῦ καὶ οὐκ εἴκεθεν σώζονται, πῶς ἑτέρους σώζειν δυνήσονται;

v. 6. Τὸν φυλάσσοντα ἀλήθειαν εἰς τὸν αἰῶνα.

D. f. 319. G. f. 227. b. Τῶν λόγων αὐτοῦ, ὧν ἐν ταῖς γραφαῖς ἐπηγγείλατο, πιστούμενος τὴν ἀλήθειαν· ἐκδικήσειν γὰρ ἐπηγγείλατο τοὺς κατὰ τὸν παρόντα βίον ἀδικουμένους, ἐν καιρῷ τῷ τῆς κρίσεως· καὶ ἄλλη ἐπαγγελία, τὸ, μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται, ὑμεῖς δὲ πεινάσετε· ἀλλὰ καὶ αἰσθητῶς τροφὴν ἐν ἐρήμῳ τοῖς πεινῶσι τὸ μάννα παρέσχεν, καὶ πέντε χιλιάδας διέθρεψεν, καὶ διὰ κοράκων Ἠλίαν, καὶ δι' Ἀμβακοὺμ τοῦ προφήτου τὸν Δανιήλ· ἐπαίσησε δὲ κρίμα τοῖς ἀδικουμένοις Ἰωσὴφ καὶ Σοσάννῃ, τῷ μὲν ὑπὸ τῆς αἰγυπτίας, τῇ δὲ ὑπὸ τῶν κριτῶν Ἰσραὴλ, καὶ τῷ Δαβὶδ ὑπὸ Σαούλ· καὶ πλήρη τῶν τοιούτων τὰ θεῖα συγγράμματα.

v. 7. Κύριος λύει πεπεδημένους, κύριος σοφοῖ τυφλούς.

C. f. 332. Πεπεδημένους λύει, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν διδοὺς ταῖς σειραῖς τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων κατεσφιγμένοις· ἔοικε δὲ διὰ τούτων αἰτίττεσθαι τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν, καὶ τοῦ κυρίου τὴν εἰς ἀνθρώπους παρουσίαν, τήν τε δι' αὐτῆς ἅπασιν γενησομένην θεραπείαν· τοῦτο δὲ νοεῖν μοι ἐπῆλθεν εἰς μνήμην ἀναλαβόντι τὴν Ἡσαΐου περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πρόρρησιν, δι' ἧς φησιν *· ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοίξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους· οὕτω γὰρ καὶ ἐνταῦθα ὁ κύριος λύει πεπεδημένους· εἴρηται δὲ καὶ τὸ, ὁ κύριος σοφοῖ τυφλούς· θαυμάσαι δ' ἐστὶν, ὅπως καὶ τοῖς τὰ σώματα πηροῖς, πλεῖόν τι συνέσεως πάρεστιν, τοῦ θεοῦ σοφίσαντος αὐτοὺς ἀντὶ τῆς τῶν ὀφθαλμῶν στερήσεως.

* Is. XLII. 6.

v. 9. Ὀρφανὸν καὶ χήραν ἀναλήψεται.

C. f. 333. Αἱ ἀποβαλεῦσαι ψυχαὶ τὸν γενόμενον ἐν κακίᾳ πατέρα αὐτῶν διάβολον, ἢ καὶ ἄνδρα, ὀρφαναὶ καὶ χῆραι ἀναλαμβανόμεναί εἰσιν· τούτων ἀναληφθέντων, ἡ τῶν ἁμαρτωλῶν ἐδὸς οὐκ ἄλλη τῆς κακίας οὖσα ὑπὸ θεοῦ ἀφανισθήσεται· καὶ ταῦτα μὲν εἴρηται ἀλληγορικώτερον· χηρῶν δὲ λέγει, οὐ τῶν τυχουσῶν, ἀλλὰ τῶν σὺν ἁγνείᾳ καὶ

dissipata peribunt, cuncta inquam consilia dominantium, qui a plebe suspiciebantur. Et quidem dicit principes huius saeculi; namque et hi caducum habent principatum. Unus salutis auctor Servator est, qui ait: nemo amplius salvabit praeter me. Si ergo ab illo, non autem viribus propriis salvantur, quomodo alios salvare poterunt?

Qui custodit veritatem in saeculum.

Nempe dictorum suorum, quae in scripturis exposuit, veritatem comprobans. Promisit enim se eos cum iudicium fiet puniturum, qui in praesente vita inique se gesserint. Est et alia promissio: beati qui esuriunt et sitiunt, quoniam ipsi saturabuntur, vos autem esurietis. Quin adeo sensibilem quoque escam famelicis in deserto exhibuit manna, et quinque hominum milia saturavit, et per corvum Eliam. et per prophetam Abacucum Danielem. Ius dixit calumniam passis Iosepho atque Susannae, illi ab aegyptia femina, huic a iudicibus Israhelis, nec non Davidi a Saule. Plena huiusmodi exemplis divina volumina sunt.

Dominus solvit compeditos, Dominus dat caecis sapientiam.

Compeditos solvit, remissionem peccatorum largiens iis qui delictorum suorum catenis constringuntur. Videtur autem his verbis vocationem gentium innuere, nec non Domini inter homines praesentiam, et hinc factam omnibus medicinam. Haec mihi cogitatio incidit, in memoriam revocanti Isaiae de Servatore nostro praedictionem, qua dicit: « ecce posui te ut sis foedus generis, lumen gentium, ut oculos caecorum aperias, ut vinculis detentos expedias. » Sic enim et hoc loco Dominus compeditos solvit. Tum et illud dicitur: Dominus dat caecis sapientiam. Sane mirum est, corpore caecis, plus aliquid intelligentiae inesse solere, quia Deus illos acutioris ingenii efficit, propter oculorum orbitatem.

Pupillum et viduam suscipiet.

Animae quae a diabolo patre ipsarum aut viro destitutae fuerunt, hae videlicet illae sunt orphanae ac viduae quas Deus suscipit. His susceptis, peccatorum seu malitiae via destruetur a Deo. Atque haec allegorice potius sunt dicta. De viduis autem loquitur non quibuslibet, sed pudice sancteque viventibus. Pupil-

los denique appellat qui religionis causa omittunt generis propagationem 1).

Psalmus CXLVI.

Praesente in psalmo, pro « laudate Dominum » Symmachus dixit « alleluia, quia bona res canticum » omissa interpretatione hebraici vocabuli, significantis « laudate Dominum ». Similiter et quinta editio « laudate ia » posuit. Superior itaque psalmus uni animae laudare Dominum mandat; heic vero multitudini dicitur laudate Dominum. Quoniam nemo bonus nisi unus Deus, recte quicquid ad eius gloriam refertur, atque ob eum honorandum fit, bonum esse existimabitur. Sicuti nunc etiam bona res psalmus dicitur, ceu ad bonum Deum directus. Pro quo Aquilas « bonum encomium » interpretatus est. Symmachus vero « bona res canticum ». Ceteroquin et laus quae ad Deum extollitur omni odoro thymiamate, omnique iucunditate suavior est. Reapse enim laudatio Dei ex rationali puraque procedens anima, pergrata illi erit et dulcis. Gaudet enim Deus libenterque recipit talem humanae mentis fructum.

Qui sanat contritos corde.

Quoniam Servatoris medicique officium est sanare et contrita alligare, recte et hinc dignoscitur idem dominus noster Dei Verbum qui dixit non opus est medico valentibus sed aegrotis. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad paenitentiam. Animarum itaque quum sit medicus, iis qui corde contriti sunt, et a recto naturae consilio aversi, de spiritali redemptis captivitate medebitur. Symmachus dicit: « qui sanat confractos corde, et alligat fracturas eorum » rationales nimirum fascias circumponens. Sic ergo alligavit spiritalibus rationalibusque laqueis hominem a latronibus vulneratum et contritum dum Hierosolymis Hierichuntem descenderet.

Et alligans contritiones eorum.
Qui numerat multitudinem stellarum etc..

Post sanatos eos qui fuerant corde contriti, et post ipsorum contritiones alligatas, in naturalem valetudinem olim aegros reponens, eosque luminarium instar in orbe collocans, dignos electo numero suo efficit. More solito

1) Laus caelibatus religiosi.

σεμνότητι διατελουσῶν· ὀρφανῶν δὲ, τοὺς θεοσεβείας ἕνεκα καταλιπόντας γενεάς.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜϛ'.

Ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ, ἀντὶ τοῦ αἰνεῖτε τὸν κύριον, ὁ μὲν Σύμμαχος ἀλληλούϊα, ὅτι ἀγαθὸν ᾠδή, εἴρηκεν, ἀνερμήνευτον φυλάξας τὴν Ἑβραίων λέξιν τὴν σημαίνουσαν τὸ, αἰνεῖτε τὸν κύριον· ὁρμίως δὲ καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις αἰνεῖτε τὸν ια ἐξέδωκεν· Ὁ μὲν οὖν πρὸ τούτου ψαλμὸς μίᾳ ψυχῇ αἰνεῖν τὸν κύριον παρακελεύεται· ἐνταῦθα δὲ πλήθεσι λέγεται τὸ αἰνεῖτε τὸν κύριον· ἐπειδὴ οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ θεὸς, εἰκότως πᾶν τὸ εἰς αὐτοῦ δόξαν ἀναφερόμενον, καὶ εἰς αὐτοῦ τιμὴν πραττόμενον, ἀγαθὸν ἂν εἴη· ὥσπερ οὖν καὶ ἀγαθὸν ὁ ψαλμὸς ὡς ἂν εἰς ἀγαθὸν θεὸν ἀναπεμπόμενος· ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας ἀγαθὸν ἐγκώμιον ἡρμήνευσεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἄγαθὸν ᾠδή· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ αἴνεσις ἡ εἰς τὸν θεὸν ἀναπεμπομένη, παντός τε εὐώδους θυμιάματος καὶ πάσης ἡδονῆς ἡδίων αὐτῷ τυγχάνει· καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς αἶνος θεοῦ ἐκ λογικῆς καὶ καθαρᾶς ἀναπεμπόμενος ψυχῆς, προσφιλὴς ἂν εἴη αὐτῷ, καὶ ὡς ἂν εἴπερ τις ἡδύς· χαίρει γὰρ καὶ ἀποδέχεται τὸν τοιοῦτον τῆς ἀνθρωπίνης διανοίας καρπόν.

Ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν. v. 3.

Ἐπειδὴ σωτῆρες ἐστὶ καὶ ἰατροῦ τοῦ ἰάσασθαι C. f. 333. καὶ καταδεσμεύειν τὰ συντετραμμένα, εἰκότως καὶ διὰ τούτων νοηθείη αὐτὸς ὢν ὁ κύριος ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ὁ εἰπὼν *, οὐ χρείαν * Matth. IX. 12. ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν· ψυχῶν δὲ ὢν ἰατρὸς, τοὺς τὴν καρδίαν συντετριμμένους, καὶ τῶν κατὰ φύσιν λογισμῶν παρατετραμμένους, ἐκ τῆς νοητῆς αἰχμαλωσίας λυτρωσάμενος ἰάσεται· ὁ μὲν Σύμμαχος φησὶν, ὁ ἰώμενος τοὺς ἐκλασμένους τὴν καρδίαν, καὶ ἐπισεσμῶν κατάγματα αὐτῶν, δηλονότι δεσμοὺς ὑποβάλλων λογικούς· οὕτω γοῦν ἐπέδησεν τοῖς πνευματικοῖς καὶ λογικοῖς δεσμοῖς τὸν ὑπὸ λῃστῶν τραυματισθέντα καὶ συντριβέντα ἐν τῷ καταβαίνειν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἰεριχώ.

Καὶ δεσμεύων τὰ συντρίμματα αὐτῶν. v. 3.

Ὁ ἀριθμῶν πλῆθη ἄστρων κ. τ. λ. v. 4.

debitores introducuntur quorum alter decem milia talentorum debebat, quae ipsi supplici condonata fuere; alter autem centum denarios, quorum causa suffocabatur ab eo, cui tantus ille talentorum numerus remissus fuerat. Qua parabola docet, haud licere regnum adipisci, quamquam alioqui multa recte aliquis fecerit, nisi Dei bonitatem iniuriarum oblivione imitetur. Nam regnum quod nonnisi iudicio probatos recipit, alienis a clementia neque omnium iudicem hac virtute imitantibus haudquaquam patet. Neque enim quempiam tanta in nos peccasse adfirmabimus, quanta nosmet per universae vitae tempus adversus Dei voluntatem patravimus, ideoque debitores evasimus. Nam modo sermone offendimus, modo turpibus vitiosisque cupiditatibus atque actibus. Nihilominus qui tanta delinquimus, fiduciam placandi Dei non omittimus, quem benivolum hominibus, patientem ac misericordem veniaeque pronum scimus. Consentaneum est igitur ut eadem mensura iis, quorum offensae in nos extiterunt, largiamur: neque, ut olim Petrus, minuta benivolentia simus, neque iniuriarum remissionem septenario numero coarctemus; immo vero septuagies septies cum clemente misericordique Servatore parcamus. Quare offensas ne sedulo ventilemus, neque harum veluti commentarium in dies conficiamus. Nunc enim indulgentiam sine fine docemur. Etenim interrogante Petro quoties peccantibus adversus nos indulgere oporteret, numerumque septenarium definiente, Servator usque ad septuagies septies produxit veniae dandae a nobis numerum; probe nimirum consciis, tempus adfore quo rationes nobiscum ponentur ab universali iudice ac rege, cum omnes ante eius tribunal constituemur, et qua mensura mensi fuerimus, remetietur nobis. Etenim nunc magnus rex cunctis nobis multorum talentorum debitoribus, prout suam clementiam decebat, debitum remisit, dans peccatis veniam, delensque scriptum contra nos chirographum: nos autem leves ob culpas conservos suffocamus, atque obsecrati minime remittimus quae in nos peccata fuerint; familiaribus nostris haud paria facientes iis, quae nos a Deo consecuti sumus. Merito itaque nobis irascetur is qui omne debitum nobis condonaverat Domi-

nus: neque iam nobis parcet; sed qua mensura mensi fuerimus, dura videlicet immisericorde et aspera, eàdem nobis retribuet; latamque a nobis adversus conservos nostros sententiam, de nobismet pariter dicet. Secus vero licet cuique bonae sententiae genus sibi apud illud tribunal comparare, si ipse antea sit benignus, et alienis contra se peccatis indulgeat.

σει ἡμῖν· ἀλλ' ᾧ μέτρῳ μεμετρήκαμεν ἀσυμπαθεῖ καὶ ἀνελεεῖ καὶ ἀποτόμῳ, ἐπιμετρήσει ἡμῖν· καὶ τὸν ἐξ ἡμῶν κατὰ τῶν ἡμετέρων συνδούλων ὅρον καθ' ἡμῶν ἐπαρτήσει· ἐφεύροι δέ τις ἑαυτῷ μέθοδον ἀγαθῆς ἀποφάσεως τῆς ἐπὶ τοῦ δικαιωτηρίου ἐξενεχθησομένης, εἰ προλαβὼν γένοιτο φιλάνθρωπος καὶ τῶν εἰς αὐτὸν ἁμαρτανομένων συγχωρητικός.

Et dicent vobis: ecce hic, vel ecce illic. Cap. XVII. 23.

Haec secundum Matthaeum dicta sunt de Hierosolymorum excidio. Quare illic addebatur: tunc qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes. Verumtamen heic de Antichristi temporibus Servator proloquitur; ideoque verba illa non adiunguntur.

Καὶ ἐροῦσιν ὑμῖν· ἰδοὺ ὧδε, ἢ ἰδοὺ ἐκεῖ.

Ταῦτα κατὰ μὲν τὸν Ματθαῖον ἐλέγετο περὶ τῆς ἐρημώσεως Ἱερουσαλήμ [1]), διὸ καὶ προσέκειτο, τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη *· ἐνταῦθα δὲ περὶ τῶν καιρῶν τοῦ Ἀντιχρίστου προλέγει· διὸ οὐ πρόσκειται τοῦτο. B. f. 165.

* Matth. XXIV. 23.

Primum oportet illum multa pati.

His verbis futuram quoque aliquando apostasiam innuit dum ait: primum oportet illum multa pati, et reprobari a generatione hac, nempe hominum. Nam repulsum atque improbatum iri evangelium eius, populumque eiusdem magnopere adflictum iri, vaticinatus est; sive in consecutis deinde persequutionibus, quibus furentibus sexcenta ipse Servator passus est, maledictis hominum appetitus; sive ecclesia eius atque doctrina quum exagitaretur atque oppugnaretur; sive in universi consummatione, cum evangelium eius omnino improbabitur, atque ex hominum coetu exterminabitur.

Πρῶτον δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν. v. 25.

Αἰνίττεται δὲ καὶ ἐν τούτοις τὴν ὡότε γενησομένην ἀποστασίαν εἰπών, πρῶτον δὲ δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης, δηλονότι τῆς τῶν ἀνθρώπων· ἀσεβληθῆναι γὰρ καὶ ἀποδοκιμασθῆναι τὸν περὶ αὐτοῦ λόγον, πολλά τε παθεῖν τὸν αὐτοῦ λαὸν, ἐθέσπισεν· εἴ τε ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα διωγμοῖς, καθ' οὓς μυρία πέπονθεν αὐτός τε βλασφημούμενος ὁ σωτὴρ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, ἥ τε ἐκκλησία αὐτοῦ καὶ ὁ λόγος ἐλαυνόμενος καὶ πολεμούμενος· εἴ τε πρὸς τῷ πάντων τέλει καθ' ὃ ἀποδοκιμασθήσεται πᾶσαν ἀσεβληθεὶς ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων γενεᾶς.

Et sicut accidit Noachi temporibus etc. v. 26.

Sic igitur repulso, uti dictum est, per apostasiam sermone evangelico; more malorum quae diluvii tempore contigerunt, impiis inquit hominibus exitium superveniet. Et quidem sicut omnes tunc perierunt, exceptis dumtaxat qui cum Noacho in arca constiterant; ita in Domini adventu, scelesti homines per apostasiae tempus luxuria et ebrietatibus et nuptiis et ceteris vitae voluptatibus occupati, ea ratione peribunt qua illi Noachi aetate diluvio submersi. Ne quis autem existimaret hos quoque aquis obrutum iri, necesse fuit Loti exemplum commemorare; sicut, inquit, Loti tempore edebant et bibebant, et reliqua. Porro die qua Lotus Sodomis egressus est, ignis caelo pluit cunctosque incolas perdidit. Huiusmodi, inquit, dies erit qua filius hominis revelabitur. Quibus verbis my-

Καὶ καθὼς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Νῶε κ. τ. λ.

Οὕτω τοίνυν ὡς εἴρηται ἐκβληθέντος διὰ τὴν ἀποστασίαν τοῦ λόγου τοῦ εὐαγγελικοῦ, κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τῶν ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ συμβεβηκότων, ὁ κατὰ τῶν ἀσεβῶν ὄλεθρος ἐπιστήσεται φησί· ἀλλ' ὡς τότε πάντας μὲν ἀπώλεσεν, οὐ μὴν καὶ τοὺς συνηγμένους ἅμα τῷ Νῶε ἐν τῇ κιβωτῷ, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας οἱ μὲν ἀσεβεῖς κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀποστασίας τρυφαῖς καὶ μέθαις καὶ γάμοις καὶ ταῖς τοῦ βίου ἡδοναῖς κατατριβόμενοι, ὁμοίως τοῖς ἐπὶ τοῦ Νῶε κατακλυσθέντες ἀπολοῦνται. Ὑπὲρ δὲ τοῦ μή τινα νομίσαι δι' ὕδατος καὶ τούτους κατακλυσθήσεσθαι, ἀναγκαίως τῷ ἐπὶ τοῦ Λὼτ κέχρηται παραδείγματι· καθὼς ἐγένετο λέγων ἐν ταῖς ἡμέραις Λὼτ, ἤσθιεν ἔπινον καὶ τὰ ἑξῆς· ᾗ δὲ ἡμέρᾳ ἐξῆλθε Λὼτ ἀπὸ Σοδόμων ἔβρεξε πῦρ ἀπ' οὐρανοῦ καὶ ἀπώλεσε πάντας, κατὰ τὰ αὐτὰ ἔσται ᾗ ἡμέρᾳ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποκαλύπτεται· σφόδρα ἀπορρήτως καὶ φοβερῶς διδάσκων A. f. 234. b. B. f. 165.

1) Confer Theophaniae fragmentum X. p. 133.

ὅτι πυρὶ καὶ θείῳ ἀπ᾽ οὐρανοῦ καταπεμπομένῳ τοὺς ἀσεβεῖς πάντας ἡ ὀργὴ μετελεύσεται· διὸ τοῖς μὲν ἡμέραν ταύτην ἐπιστῆναι εὐχομένοις ἀσεβέσιν ἡ προφητικὴ φωνὴ ἐπανατείνεται λέγουσα * « οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν κυρίου· ἵνα τί; ὑμῖν αὕτη ἔσται σκότος, καὶ οὐ φῶς, ἡμέρα σκότους καὶ γνόφου, ἡμέρα ταλαιπωρίας καὶ ἀφανισμοῦ. » σφόδρα δὲ ἀκριβῶς καὶ ἐνταῦθα ἐτήρησεν ὁ σωτὴρ οὐ πρότερον τὸ πῦρ εἰπὼν ἀπ᾽ οὐρανοῦ καὶ τὸ θεῖον κατελθεῖν ἐπὶ τοὺς ἐν Σοδόμοις ἀσεβεῖς, ἢ τὸν Λὼτ ἐξελθεῖν, καὶ χωρισθῆναι ἐξ αὐτῶν· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ οὐ πρότερον ἐπῆλθεν οὗτος καὶ πάντας ἀπώλεσε τοὺς κατὰ γῆν οἰκοῦντας, ἢ τὸν Νῶε εἰσελθεῖν εἰς τὴν κιβωτόν· κατὰ τὰ αὐτὰ τοίνυν καὶ ἐπὶ τῆς συντελείας οὐ πρότερον ἔσεσθαι τὸν κατακλυσμὸν τῆς ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν φησὶν, ἢ συναχθῆναι εἰς τὴν ἐπουράνιον τοῦ θεοῦ κιβωτὸν, καὶ διασωθῆναι τοὺς τότε εὑρεθησομένους τοῦ θεοῦ ἀνθρώπους, κατὰ τὸ παράδειγμα τὸ ἐπὶ τοῦ Νῶε· οἷς καὶ λεχθήσεται κατὰ καιρὸν τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο· « βάδιζε λαός μου, εἴσελθε εἰς τὸ ταμεῖον σου *, καὶ τὰ ἑξῆς, ἕως οὗ παρέλθοι ἡ ὀργὴ κυρίου· » ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Λὼτ ἐποίησεν, ἵνα μὴ οἱ δίκαιοι συναπόλωνται τοῖς ἀσεβέσιν· οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος οὐ πρότερον αὕτη ἔσαι, ἢ πάντας τοὺς ἐπὶ γῆς δικαίους καὶ θεοσεβεῖς ἀφορισθῆναι τῶν ἀσεβῶν, καὶ συναχθῆναι εἰς τὴν ἐπουράνιον τοῦ θεοῦ κιβωτόν· οὕτω γὰρ μηκέτι μηδενὸς δικαίου ἐν ἀνθρώποις εὑρισκομένου, πάντων δὲ ἀθέων ἀσεβῶν τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀντιχρίστου γεγονότων, τῆς τε ἀποστασίας καθ᾽ ὅλης τῆς οἰκουμένης κρατησάσης, ἡ τοῦ θεοῦ ὀργὴ τοὺς ἀσεβεῖς μετελεύσεται.

* Amos V. 18.

* Is. XXVI. 20.

stice admodum ac terribiliter docet, fore ut igne ac sulfure caelis misso impios omnes ira Dei corripiat. Ideirco impios hanc diem adesse orantes prophetica vox increpat dicens: « vae desiderantibus diem Domini! Cur? Vobis haec dies, tenebrae et non lux, dies tenebrarum et caliginis, dies calamitatis et exterminii. » Sedulo autem Servator heic quoque cavit, quominus diceret ignem et sulfur antea caelo pluisse in impios Sodomorum cives, quam Lotus egressus eorum coetu separaretur. Sic diluvium neque inundavit, neque mersit universos orbis incolas, prius quam Noachus in arcam introiret. Ita prorsus in mundi consummatione haud ante eventurum pereuntium impiorum diluvium ait, quam in caelesti arca congregentur incolumes quicumque tunc pii homines erunt, prorsus ut Noachi exemplum renovetur. Quibus etiam commode dicetur propheticum illud: « vade, populе meus, intra in cubiculum tuum, et reliqua; donec transeat indignatio Domini: » ceu Loto accidit, ne boni cum improbis morte inretiantur. Ita saeculi consummatio non ante eveniet, quam iusti quotquot in orbe erunt ac religiosi ab improbis discernantur, atque in caelesti Dei arca concludantur. Tunc enim nemine iam inter homines iusto superstite, sed irreligiosis omnibus atque scelestis sub Antichristi vexillo degentibus, atque apostasia toto orbe diffusa, ira demum Dei plenos sceleribus homines invadet.

Cap. XVII. 31. A. f. 135. B. f. 165. b. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὃς ἂν ἔσται ἐπὶ τοῦ δώματος κ. τ. λ.

Quicumque illa die fuerit in tecto etc.

Σημαίνει δὲ διὰ τούτων τὸν κατὰ τῶν Θεοσεβῶν ἐπενεχθησόμενον διωγμὸν ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τῆς ἀπωλείας· ἡμέραν δὲ ἐκείνην ὀνομάζει τὸν χρόνον τὸν πρὸ τῆς συντελείας, ἐν ᾧ φησίν, ὁ φεύγων μὴ ἐπιστρεφέτω, μηδὲ μιμητὴς γινέσθω τῆς γυναικὸς Λὼτ, ἥτις μετὰ τὸ φυγεῖν καὶ ἔξω γενέσθαι τῆς Σοδομιτῶν χώρας, στραφεῖσα εἰς τὰ ὀπίσω ἀπενεκρώθη, στήλη ἁλὸς γενομένη· ἀφειδεῖν γὰρ τότε προσήκει οὐχ᾽ ὑπαρχόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς τε καὶ ψυχῆς τοὺς ἐν μέσῳ τῆς ἀποστασίας καταληφθησομένους, μήποτε βουληθέντες τῆς ἑαυτῶν περιποιήσασθαι προσκαίρου ζωῆς, σὺν ταύτῃ καὶ τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀπολέσειαν, τῇ ἀποστασίᾳ ἑαυτοὺς παραδόντες.

Hoc dicto significat persecutionem quam adversus bonos concitabit perditionis filius. Diei vero illius nomine appellat tempus, quod consummationem proxime praecedet; quo tempore, ait, nemo respiciat, neque Loti uxorem imitetur, quae in fuga postquam Sodomitarum fines excesserat, quum respicere voluisset, in mortem incidit, statua salis effecta. Prodigos enim tunc esse oportet non rei familiaris tantummodo verum etiam vitae suae animaeque 1) eos qui in apostasiae aetatem incurrent; ne dum animam suam conservare temporalique vitae parcere student, hanc simul et aeternam vitam amittant, dum se apostasiae victos permittunt.

1) Quo sensu animae quoque suae prodigus aliquis esse possit, videsis apud Eusebium in nostris Theophaniae fragmentis p. 145.

Illa nocte duo erunt in lecto uno etc.

Mirifice admodum apostasiae tempus ac rationalis orbitatem luminis noctem appellavit. Nocte enim tenebrisque deteriora erunt tunc hominum ingenia propter offusam iis amentiam atque errorem. Quare, ait, dico vobis: duo erunt in lecto, et duo in pistrino; unus adsumendus, quia irae immerens; alter relinquendus, utpote ultrici irae obnoxius, qui sibi videlicet iram thesaurizavit in diem irae. Quamobrem sistit sanctarum Deoque cararum animarum ab improbis divisionem. Etenim ne temere superveniens ultio iustos quoque homines corriperet, dedit mature operam Deus ut Lotum Sodomorum exitio subduceret. Similiter impendente consummatione, prius quam impios ultio invadat, ne cum mundo iusti damnentur, discrimen fiet animarum Deo cararum, angelis eas dividentibus atque adsumentibus: ita ut e duobus in eodem lecto iacentibus, unus dignus adsumatur, alter derelinquatur, utpote ultionis quae tunc de impiis sumetur merens. Idemque accidet duabus quoque in pistrino commolentibus. Molentes autem dicit feminas, ut significet vilis pauperrimae atque infimae conditionis homines. Iacentes autem in lectis dicit, pro liberalis et lautae vitae mortalibus. Hanc ipsam locutionem habet Moysis scriptura, ubi dicitur perventura vindicta a Pharaonis primogenito usque ad molentem pinsentemque in pistrino. Extremi enim humanae conditionis termini, opulentus videlicet, et humilis atque abiectus, his verbis attinguntur. Sic nunc quoque duos in lecto uno memoravit scriptura, ut liberalis vitae homines innueret; quorum unus adsumetur, qui Dei electione dignus; alter relinquetur, qui poenae est affinis. Similiter molentes duae, intelliguntur quae inter homines obscuram et pauperem vitam agitant: quarum item quae iusta est adsumetur, altera relinquetur.

Ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἔσονται δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς κ. τ. λ. Cap. XVII. 34.

Σφόδρα δὲ θαυμαζῶς τὸν τῆς ἀποσασίας καιρὸν καὶ τὴν στέρησιν τοῦ νοεροῦ λογικοῦ φωτὸς νύκτα ὠνόμασε· νυκτὸς γὰρ καὶ σκότους χείρων ἡ τότε τῶν ἀνθρώπων ἔσαι κατάσασις, διὰ τὴν ἐπικρατήσασαν αὐτῶν ἄνοιάν τε καὶ πλάνην· διὸ φησὶ λέγω ὑμῖν, δύο ἔσονται ἐπὶ κλίνης καὶ δύο ἐπὶ μύλωνος, εἷς παραλαμβανόμενος ὡς ἀλλότριος τῆς ὀργῆς, καὶ εἷς ἀφιέμενος, ὥστε τῇ ὀργῇ παραδοθησόμενος, ὁ θησαυρίσας ἑαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς· δι' ὧν παρίσησι τὸν χωρισμὸν τῶν ἁγίων καὶ θεοφιλῶν ψυχῶν τὸν ἀπὸ τῶν ἀσεβῶν· ἵνα γὰρ μὴ ἀδιακρίτως ἐπελθοῦσα ἡ ὀργὴ καὶ τῶν δικαίων παραλήψεται, προλαβὼν ὁ θεὸς ὥσπερ τὸν Λὼτ προεξήγαγε τῆς Σοδόμων καταστροφῆς, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ πρὸ τῆς συντελείας, πρὶν ἐπελθεῖν τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ὀργὴν, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶσιν οἱ δίκαιοι, χωρισμὸς ἔσαι τῶν θεοφιλῶν ψυχῶν, ἀγγέλων αὐτὰς διαχωριζόντων καὶ παραλησομένων· ὥσε ἐν μιᾷ στρωμνῇ δυσὶν κατακειμένων, ἕνα μὲν τὸν τοῦ θεοῦ ἄξιον παραλαμβάνεσθαι, τὸν δὲ ἕτερον καταλείπεσθαι ὡς ἄξιον τῆς τότε καταληψομένης τοὺς ἀσεβεῖς ὀργῆς· καὶ ἐπὶ τῶν ὑφ' ἑνὶ μύλωνι ἀληθουσῶν, ὁ αὐτὸς λόγος ἔσαι· ἀληθεύσας δὲ ὠνόμασε τὰς τὸν εὐτελῆ καὶ πενιχρὸν καὶ ἔσχατον ἐν ἀνθρώποις διαντλούσας βίον· ἐπὶ κλίνης δὲ τοὺς τὸν ἐλεύθερον καὶ ἄνετον βίον μετερχομένους. Τοῦτο δὲ παρασήσει ἡ Μωϋσέως γραφὴ ἐν ᾗ φησιν ὁ λόγος, ἥξειν τὴν ὀργὴν ἀπὸ πρωτοτόκου Φαραὼ, καὶ ἕως τῆς ἀληθούσης καὶ πεσσούσης ἐν τῷ μύλωνι *· τὰ γὰρ ἄκρα τῶν κατ' ἀνθρώπους βίων, τοῦ τε ἐνδόξου τοῦ ἀπερρίμμένου καὶ ἐσχάτου, διὰ τούτων ὁ λόγος παρέσησεν· οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς εἰσήγαγε, τοὺς τὴν ἐλευθέραν ζωὴν μετιόντας αἰνιξάμενος· ὁ εἷς παραληφθήσεται, ὁ ἄξιος τῆς ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐκλογῆς· ὁ δὲ ἕτερος ἀφεθήσεται, δηλονότι ὁ τῆς ὀργῆς εἰκεῖος· ὡσαύτως δύο ἀληθουσαι εἶεν ἂν αἱ ἐν ἀνθρώποις τὸν ἄτιμον καὶ πενιχρὸν βίον μετιοῦσαι· ὧν πάλιν ἡ κρείττων παραληφθήσεται, ἡ δὲ ἑτέρα ἀφεθήσεται.

A. f. 135. b. B. f. 166.

* Exod. XI. 5

Dicunt ei, ubinam Domine? qui respondit, ubi fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquilae.

Sciscitantibus discipulis, ubinam Domine? volentibusque cognoscere, ubinam alter ex illis non adsumptis relinquetur; ubi, inquit, fuerit corpus, vel cadaver ut ait Matthaeus, illuc congregabuntur et aquilae: ex avibus nescio quibus cadaverum voracibus principes hu-

Λέγουσιν αὐτῷ· ποῦ κύριε; ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· ὅπου σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται καὶ οἱ ἀετοί. Cap. XVII. 37.

Ἐρωτησάντων τῶν μαθητῶν, κύριε πῦ; καὶ βουληθέντων μαθεῖν ποῦ καταλειφθήσεται ὁ ἕτερος τῶν (μὴ) παραληφθέντων· ὅπου, φησὶ, τὸ σῶμα, ἢ τὸ πτῶμα κατὰ Ματθαῖον *, ἐκεῖ συναχθήσονται καὶ οἱ ἀετοί· ὥσπερ αἰωνούς τινας νεκροβόρους, τοὺς ἄρχοντας τοῦ αἰῶνος τούτου αἰνιξά-

B. f. 167. A. f. 236.

* Matth. XXIV. 28.

μενος, τοὺς τότε διώκοντας τοὺς ἁγίους τοῦ θεοῦ· ὧν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθέντων, ἐκεῖ καὶ παρ' αὐτοῖς συναχθήσεται ὁ ἀνάξιος τῆς παραλήψεως· ἦν δ' οὗτος τῶν ἐπὶ κλίνης καθευδόντων ὁ ἕτερος· ἢ τῶν ἀληθουσῶν ἡ μία· οἳ καὶ παραδοθήσονται τοῖς ἐπισυναχθεῖσι κατ' αὐτῶν ἀετοῖς· ἀετοὺς δὲ καὶ τοὺς τῆς Ἱερουσαλὴμ πολιορκητὰς ὁ προφητικὸς λόγος ὠνόμασεν· ὡς ὅτε περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ λέγει, ὁ ἀετὸς ὁ μέγας ὁ μεγαλοπτέρυγος *· μὴ ποτ' οὖν καθ' ἑτέραν διάνοιαν αἱ τιμωρητικαὶ καὶ
* Ezech. XVIII. 3 κολαστικαὶ δυνάμεις, αἱ τοὺς ἀσεβεῖς μετελευσόμεναι, διὰ τῶν ἐνταῦθα λεγομένων ἀετῶν ἐδηλώθησαν· αἷς ἵνα μὴ παραδοθῶμεν, ἐξῆς ὁ σωτὴρ παραινεῖ εὐχαῖς σχολάζειν.

Κριτής τις ἦν τὸν θεὸν μὴ φοβούμενος.

Cap. XVIII. 2. B. I. 167. Ἐπισυνάπτει γοῦν καὶ παραβολὴν τὴν περὶ τοῦ κριτοῦ τῆς ἀδικίας, πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσ-
v. 8. εὔχεσθαι καὶ μὴ ἐγκακεῖν. Τὸ δὲ εἰπεῖν, ἆρα ἐλθὼν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; ἔκλειψιν δηλοῖ τῆς πίστεως, ὡς μηδένα πιστὸν εὑρεθήσεσθαι, ἢ εἴ που ἄρα σπάνιόν τινα κατὰ τὸν τῆς δευτέρας αὐτοῦ θεοφανείας χρόνον· ὅπερ μέγα τεκμήριον τυγχάνει τοῦ καιροῦ τῆς ἀποστασίας, ἐν ᾧ σπάνιος ἔσται ὁ εὑρεθησόμενος πιστός· τάχα δὲ οὐδὲ εἷς ἔσαι, διὰ τὸ τοὺς μὲν παραληφθήσεσθαι, τοὺς δὲ καταλειφθήσεσθαι τοῖς ἀετοῖς παραδοθησομένους· οὕτω τε ἐξ ἀνθρώπων ἐκλειπούσης τῆς πίστεως, αὐτὸς λοιπὸν ἐπιστήσεται τὴν ἐκδίκησιν ποιησόμενος τῶν ἁγίων αὐτοῦ τῶν ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν ἀνηρημένων· ἐν τάχει δὲ ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν, διὰ τὸ βοᾶν πρὸς αὐτὸν νυκτὸς καὶ ἡμέρας· βοᾶν δὲ ποὸς αὐτὸν ἐδίδαξε διὰ τῆς παραβολῆς τοῦ κριτοῦ τῆς ἀδικίας.

Cap. XIX. 12. Ἄνθρωπός τις εὐγενὴς ἐπορεύθη εἰς χώραν μακρὰν λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν, καὶ ὑποστρέψαι.

A. f. 255. Τοσαῦτα διὰ τῆς παραβολῆς διδασκόμεθα, τὴν μέλλουσαν αὐτοῦ καὶ μηδέπω παροῦσαν βασιλείαν 1), κἂν αἰσθητήν ταύτην τινὲς ἐφαντάζοντο, τὴν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν μετάστασίν τε καὶ ἀνάληψιν, τὴν δευτέραν καὶ ἔνδοξον αὐτοῦ θεοφάνειαν, τὴν κριτικὴν καὶ τοῦ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ διανεμητικὴν ἐξουσίαν, τὴν τῶν οἰκείων αὐτοῦ καὶ πιστῶν θεραπευόντων εὐδοκίμησιν, τὴν τῶν μὴ τοιούτων κατάγνωσιν, τὴν τῶν πολιτῶν τοῦ βασιλέως κατ' αὐτοῦ συσκευήν, τὴν μετελευσομένην αὐτοὺς ἐπαξίως ὧν ἔδρασαν δίκην·

ius saeculi ducta comparatione significans, qui sanctos Dei tunc persequentur: quibus uno in loco coactis, eodem pariter compelletur ille qui indignus delectu est. Est autem iacentium in lecto, alter; vel molentium, una: qui etiam tradentur congregatis adversum ipsos aquilis. Aquilas vero, Hierosolymorum quoque obsessores propheticus sermo appellavit. Veluti cum Nabuchodonosorum dicit grandem et magnarum alarum aquilam. Nisi forte alio sensu vindices ultricesque potestates, quae impios invadent, his verbis denotantur: quibus ne forte tradamur, monet deinde Servator ut precibus operam demus.

Iudex quidam erat, qui Deum non timebat.

Addit etiam parabolam de iudice iniquitatis, quo confirmet orandum semper nullaque ignavia cessandum. Quod autem ait, num filius hominis, cum venerit, fidem in orbe inveniet? defectum fidei futurum ostendit, ita ut nemo fidelis supersit, aut vix rarus aliquis, circa secundae eius manifestationis aetatem. Id porro apostatici temporis magnum signum erit, cum raro occurret qui fidem retineat: immo vero ne unus quidem fortasse erit, propterea quod alii adsumpti fuerint, alii relicti, aquilis nempe tradendi. Sic ergo deleta inter homines fide, ipse superveniet, sanctos suos qui ab impiis leto dediti fuerant vindicaturus. Brevi autem ultionem patrabit, propterea quod hi diu noctuque ad eum clamant. Et quidem ut ad se clament, docuit eos per parabolam de iudice iniquitatis.

Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, et reverti.

En quae in hac parabola edocemur: futurum scilicet Christi nondumque praesens regnum, quamquam id sensibile nonnulli temere opinabantur; translationem e terra in caelum, id est adsumptionem; secundam eius gloriosam manifestationem; iudiciariam et suum cuique ius reddentem potestatem; familiarium suorum fideliumque servorum collaudationem; eorum qui secus se gesserint condemnationem; civium in regem suum conspirationem, et condignam factis poenam:

1) Sequentia conferenda sunt cum Eusebii Theophaniae apud nos fragmento XXII. Et quidem Eusebium quae in aliis operibus dixerat, contulisse non semel in Theophaniam, vel vice versa, animadvertit cl. Leus in sua Theophaniae anglica editione.

haec enim simul omnia praedictis verbis significabat. Et primo quidem hominem se appellavit, propter carnalem nativitatem, quae ipsi ut homini contigit. Deinde nobilem se dixit, non regem, quia regia nondum dignitate in prima sua manifestatione utebatur. Nobilitatis autem eius testes ii, qui genus illius ac seriem progenitorum scriptis historicis commendaverunt; quos inter quidam dum humanam Christi nobilitatem exhibet, sic evangelium orsus est: « liber generationis Iesu Christi filii Davidis, filii Abrahami. Deinde genealogia per populares homines genusque regium usque ad Christum deducta, in hoc postremo consistit. » Alius autem supernam eius ante omnia saecula ex Deo nativitatem docens, nobilitatem eius quae vere prima solaque est tradidit dicens: « in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt. »

Porro hic ante omnia saecula Deus Verbum, factus homo nobilis, peragensque inter homines illud vitae genus, quod in evangelica scripta relatum est, postquam satis cum mortalibus versatus fuit, ad patrem suum rediens, profectus est in regionem longinquam, ut regno suo accepto reverteretur. Iam regionem longinquam dicit pro reditu in caelum: regnum vero acceptum illud ipsum ait, quod propheta Danihel innuebat dicens: et ecce filius hominis in nubibus adventabat; ipsique datum est imperium et honor et regnum. Recte etiam dictum est « accipere; » prorsus enim a patre id dante accepit: secundum illud, postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam: quam simul ac ab antiquo dierum acceperit, statim revertetur. Idcirco ait, ad accipiendum sibi regnum et revertendum. Quanam autem ratione reditum Christus faciet, divus apostolus demonstrat his verbis: « quoniam ipse Dominus in iussu, in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de caelo. » Iam ille abitus patientiam quoque expectandi significat. Et quidem necessarium erat ut ipse iter in longinquam regionem susciperet, ibique diu maneret, quum aliis multis de causis, tum ut interim servi eius industriae suae documentum ederent.

ταῦτα γὰρ ὁμοῦ πάντα διὰ τῶν ἐκταθεισῶν φωνῶν ἐδήλου· καὶ πρῶτον μὲν ἄνθρωπον αὐτὸς ἑαυτὸν ὠνόμαζε, διὰ τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν, τὴν κατὰ ἄνθρωπον αὐτῷ συστᾶσαν· ἔπειτα εὐγενῆ ἀλλ' οὔπω βασιλέα ἑαυτὸν ἐκάλει, διὰ τὸ μηδέπω τῇ βασιλικῇ ἀξίᾳ κατὰ τὴν πρώτην θεοφάνειαν κεχρῆσθαι· τῆς δ' εὐγενείας αὐτοῦ μάρτυρες οἱ τοῦ γένους καὶ τῆς ἐκ προγόνων διαδοχῆς τὴν ἱστορίαν γραφῇ παραδεδωκότες· ὧν ὁ μέν τις τὴν κατὰ ἀνθρώπους εὐγένειαν αὐτοῦ παριστὰς, ἔνθεν δὲ πόθεν εὐηγγελίζετο λέγων *· βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ· εἶΞ' ἑξῆς τούτοις τὴν γενεαλογίαν δι' ἐπιδήμων ἀνδρῶν καὶ διὰ βασιλικοῦ γένους ἐπ' αὐτὸν κατάγων ἵστησιν· ὁ δὲ τὴν ἀνωτάτω καὶ πρὸ πάντων αἰώνων ἐκ Θεοῦ γέννησιν αὐτοῦ διδάσκων, τὴν ἀληθῶς πρώτην καὶ μόνην εὐγένειαν παρεδίδου λέγων *· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο.

* Matth. I. 1.

* Ioh. I. 1.

Ἀλλὰ γὰρ οὗτος ὁ πρὸ πάντων αἰώνων Θεὸς λόγος, γενόμενος ἄνθρωπος εὐγενὴς, καὶ τὸν σὺν ἀνθρώποις διεξελθὼν βίον τὸν ἐμφερόμενον ταῖς περὶ αὐτοῦ εὐαγγελικαῖς γραφαῖς, μετὰ τὴν παρὰ ἀνθρώποις αὐτάρκη διατριβὴν, ἐπανιὼν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, ἐπορεύθη εἰς χώραν μακρὰν λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν καὶ ὑποστρέψαι· χώραν δὲ μακρὰν τὴν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ἄνοδον ἐδήλου 1)· λαβεῖν τε τὴν βασιλείαν αὐτὴν ἐκείνην φησὶν, ἣν ὁ προφήτης Δανιὴλ ἠνίττετο λέγων *· καὶ ἰδοὺ υἱὸς ἀνθρώπου ἐπὶ νεφελῶν ἐρχόμενος ἦν· καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ βασιλεία· εὖ δὲ καὶ τὸ λαβεῖν εἴρηται· πάντως γὰρ τοῦ πατρὸς διδόντος ἐλάμβανε· κατὰ τὸ *, αἴτησαι παρ' ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου· ἃ δὴ δοθέντα αὐτῷ παρὰ τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ὑποδεξάμενος, αὖθις ἐπανήξει· διὸ φησὶ λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν καὶ ὑποστρέψαι· καὶ ὅπως δὲ ποιήσεται τὴν ἐπάνοδον, ὁ θεῖος ἀπόστολος διασαφεῖ λέγων *· ὅτι αὐτὸς ὁ κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ καταβήσεται ἀπὸ οὐρανοῦ· ἡ δὲ ἀπεδημία, καὶ τὴν μακροθυμίαν δηλοῖ· ἔδει δὲ αὐτὸν ἀναγκαίως εἰς τὴν δηλωθεῖσαν μακρὰν χώραν στείλασθαι, κἀκεῖ χρόνον διατρίψαι πολλῶν ἕνεκα· ὡς ἂν ἐν τῷ μεταξὺ οἱ αὐτοῦ θεράποντες τῆς ἑαυτῶν ἐργασίας τὴν δοκιμὴν δοῖεν.

* Dan. VII. 13.

* Ps. II. 8.

* I. Thess. IV. 15.

1) Confer apud nos Theophaniam p. 156.

Cap. XIX. 13. Καλέσας δὲ δέκα δούλους ἑαυτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς δέκα μνᾶς.

Vocatis autem decem servis suis. dedit eis decem mnas.

A. f. 255. b. Ἐσήμαινε τοίνυν διὰ τῶν λαβόντων τὰς μνᾶς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς, οἷς ἀνὰ μίαν μνᾶν παραδοὺς, ἴσην τε καὶ ὁμοίαν πᾶσιν ἐγχειρίσας τὴν οἰκονομίαν, πραγματεύσασθαι παρεκελεύσατο, ἕως * ἂν ἐπανέλθῃ τῆς μακρᾶς ἀποδημίας· ἡ δὲ πραγματεία οὐκ ἄλλη τίς ἦν, ἀλλὰ τὸ κήρυγμα τὸ περὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας εἰς πάντας ἀνθρώπους ὑπὸ τῶν αὐτῶν αὐτοῦ μαθητῶν κατηγγελμένον· ἀλλ' ἓν μὲν ἦν τοῦτο, ἐπεὶ καὶ μία τῶν πάντων διδασκαλία, καὶ μία πίστις, καὶ ἓν βάπτισμα καὶ ὁ αὐτὸς λόγος *· διὸ καὶ μία ἡ μνᾶ, διάφορος δὲ αὐτοῖς ἡ ἐργασία ἐγένετο, καὶ ἡ πραγματεία λαμπρὰ, ὅ τ' ἐπὶ ταύτῃ πόρος πλούσιος· καὶ ταῦτα μὲν ἦν ὧν ἕνεκα τὴν μακρὰν πορείαν ὁ εὐγενὴς ἐστέλλετο ἄνθρωπος· ὅθεν ἐλέγετο αὐτῷ ὑπὸ τοῦ πατρὸς, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου *· ποίους δὲ εἴ τις πύθοιτο μαθεῖν ἐθέλων ἐχθροὺς, ὁ διὰ τῆς παραβολῆς διδάξει λόγος, συμπολίτας εἰσάγων τοῦ βασιλέως μισοῦντας αὐτὸν καὶ παραιτουμένους αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν, γυμνῇ τε τῇ κεφαλῇ λέγοντας καὶ ἀχαλίνῳ στόματι οὐ θέλομεν τοῦτον βασιλεύειν ἐφ' ἡμᾶς· ἀλλ' εἰ μὲν καί περ ὄντες πολῖται, τὸν βασιλέα ἠρνοῦντο, ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀκούει, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν ὑπὸ πόδας τεθῶσιν οἱ ἐχθροί σου· καὶ, κατακυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου.

* ita cod.
* Ephes. IV. 5.
* Ps. CIX. 1.
A. f. 256.

Ἐπεὶ δὲ ἔξαρνοι τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐγένεντο οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ πολῖται, εἰκότως πρὸς αὐτοὺς ἔφασκεν *, ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς· ποῖον δὲ ἦν τὸ ἔθνος τὸ τῆς βασιλείας ἄξιον, ἐδήλου ὁ εἰπὼν, αἴτησαι παρ' ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου· ἐδήλου δὲ πολίτας ἐχθροὺς αὐτοῦ, οὐχ ἑτέρους τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, οἳ δὴ πρῶτοι τῆς τοῦ σωτῆρος χάριτος ἠξιωμένοι τοῖς ἐναντίοις αὐτὸν ἠμύναντο· διὸ περὶ αὐτῶν προφητικῶς ἔλεγεν *· « ἀντεπεδίδοσάν μοι πονηρὰ, ἀντὶ ἀγαπᾶν με· ἐνδιέβαλλόν με, καὶ ἐπολέμησαν δωρεάν, καὶ ἐλάλησαν κατ' ἐμοῦ γλώσσῃ δολίᾳ, καὶ λόγοις μίσους ἐκύκλωσαν » δι' ὧν προβάλλεσθαι εἰώθασι κατ' αὐτοῦ βλασφήμων λόγων, κατευχόμενοί τε αὐτοῦ, καὶ μόνον οὐκ αὐτοῖς λέγοντες τοῖς ἔργοις, οὐ θέλομεν τοῦτον βασιλεῦσαι ἐφ' ἡμᾶς· διὸ δὴ οὐ μόνον τῆς βασιλείας στερηθήσονται, ἀλλὰ καὶ πείσονται τὰ ἐπίχειρα τῆς αὐτῶν δυσσεβείας· πολίτας δὲ αὐτοὺς διὰ τῆς παραβολῆς ὠνόμαζεν, ἅτε δὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὁρμωμένους αὐτῷ συγγενείας· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν αὐτῶν ὥρμᾶτο προπατόρων

* Matth. XXI. 43.
* Ps. CVIII. 2.

Per hos itaque qui minas acceperunt, discipulos suos denotavit, quibus singulas minas tradens, paremque et similem administrationem committens, negotiari eos iussit, donec ipse de longinqua peregrinatione rediret. Negotiatio autem nulla alia erat, nisi regni eius praedicatio ad omnes homines a discipulis suis peragenda. Porro unum quid hoc erat, quia unum omnium magisterium, una fides, unum baptisma, una doctrina. Propterea una quidem mina, varia tamen opera evasit, negotiatio splendida, et eius rei fructus dives. Atque horum causa longinquam peregrinationem nobilis ille vir suscepit. Unde dictum est ei a patre: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Quinam vero sint hi inimici, si quis scire avet, parabolae contextus docebit, ubi cives inducuntur regis osores, eiusque imperium detrectantes, et effronti audacia effrenique ore dicentes: nolumus hunc regnare super nos. Sed hi, quamquam cives, regem abnuunt; ipse autem a patre audit: sede a dextris meis, donec tibi hostes pedibus supponantur. Itemque: dominare in medio inimicorum tuorum.

Iam quia regnum eius abnuerunt inimici ipsius cives, merito eis aiebat: auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus eius. Quaenam vero esset gens regno digna, significavit qui dixit: postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam. Demonstrabat autem, cives inimicos eius, haud alios esse quam Iudaeorum gentem, qui primi a Servatoris gratia praeventi contraria ei retribuerunt. Ideo de ipsis prophetice aiebat: mala mihi retribuerunt: pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi, et gratis oppugnaverunt, dolosaque lingua contra me sunt locuti, et sermonibus odii circumdederunt me; nempe blasphemis quos in eum iaculari solent sermonibus, imprecantes ei, ipsoque opere propemodum dicentes: nolumus hunc regnare super nos. Propterea non regno tantum spoliabuntur, verum etiam debitam impietati suae poenam referent. Cives vero illos in parabola appellat, quippe ex eadem cognatione oriundos, quoniam et ipse ex iisdem progenitori-

bus genus ducebat secundum carnis nativitatem, et quia aeque sub lege vitam degebat. Atque haec primi eius adventus propria sunt. Quae quum Servator ita docuisset, deinceps reditum suum gloriosum atque regalem sistit, testans fore ut de omnibus tunc iustum iudicium exerceat. Nam iis qui bene ac fideliter minam multiplicaverint, congruum praemium conferens, dominari secum et conregnare concedet: ei vero qui per socordiam atque ignaviam dominicum mandatum neglexerit, et otiari feriarique praetulerit, neque negotiandi laborem perferre voluerit, acerbam poenam imponet.

Esto potestatem habens super decem civitates.

Regna videlicet haec sunt, decoraeque provectiones, quae imperium in homines, et imperfectarum adhuc animarum ducatum, iis qui in re levi experimentum praebuerint, pro superioris vitae meritis, adtribuunt. Cognosces autem praedictorum servorum probitatem, et negotiandi fidelitatem, ex operibus ipsis arguens; nempe quod in omnem terram exiit sonus eorum, et in fines terrae verba ipsorum. Per illos enim Servatoris comites, perque eos qui postea parem zelum susceperunt, ex cunctis gentibus selecta Deo ecclesia, brevi tempore universum mundum replevit. Alio quoque modo negotium suum facient ii quibus evangelica Servatoris doctrina commissa fuit, nempe moribus et vitae actibus, et digna Deo conversatione, doctrinae praecepta adimplentes. Quos diverse operantes, diversis praemiis iustus iudex remunerabitur, dans cuique congruam rei bene gestae retributionem. Verumtamen illum qui traditam doctrinam celaverit atque apud se obvolverit, malum scilicet ignavum nihilque operantem servum, debita nequitiae suae poena prosequetur.—Decem vel quinque urbium praefectura significat imperium quoddam ac potestatem, quae sanctis danda erit super infirmiores atque emendatione dignos.

Tale itaque de servis suis iudicium exercebit. Illorum autem qui neque in servorum eius numero esse voluerunt, quamquam cives ipsius essent, sed in hostium atque osorum partibus se collocarunt, legationemque miserunt ut regnum eius detrectarent, quinam exitus sit futurus, ostendit narrans, regem reverκατὰ τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ γένεσιν, καὶ ἐπείπερ τῆς νομίμου ὁμοίως αὐτοῖς μετῆει πολιτείας· ταῦτα μὲν οὖν παραστατικὰ ἂν εἴη τῆς πρώτης αὐτοῦ ἀφίξεως· ἐπεὶ δὲ ταῦτα ὁ σωτὴρ τοῦτον ἐδίδαξε τὸν τρόπον, ἀκολούθως τὴν ἐπάνοδον αὐτοῦ τὴν ἔνδοξον καὶ βασιλικὴν παρίστη, μαρτυρόμενος ὁποίαν τότε ποιήσεται τὴν κατὰ πάντων δικαιοκρισίαν· τοῖς μὲν γὰρ εὖ καὶ πιστῶς τὴν μνᾶν πολυπλασιάσασι, τὴν πρεπουσαν ἀποδιδοὺς ἀμοιβήν, συνάρχειν αὐτῷ καὶ συμβασιλεύειν ἐπιτρέψει· τῷ δὲ κατ' ὄκνον καὶ ῥᾳθυμίαν ἠμεληκότι τῆς τοῦ δεσπότου παρακελεύσεως, ἀργίαν τε καὶ σχολὴν ἠγαπηκότι, μηδὲ βουληθέντι τὸν πόνον ὑπομεῖναι τῆς πραγματείας, πικρὰν ἐπαρτήσει δίκην.

Ἴσθι ἐξουσίαν ἔχων ἐπάνω δέκα πόλεων. Cap. XIX. 17.

Βασιλεῖαι γὰρ αὗται, πρέπουσαι προαγωγαὶ, ἀρχὰς ἀνθρώπων καὶ ἡγεμονίας τῶν ἀτελεστέρων ἔτι ψυχῶν, τοῖς ἐν ὀλίγῳ τὴν δοκιμὴν παρεσχημένοις, ἐπαξίως ὧν ἐπραγματεύσαντο κατὰ τὸν πρῶτον βίον χαριζόμεναι· μάθοις δ' ἂν τῶν εἰρημένων δούλων τὸ γνήσιον, καὶ τὸ πιστὸν τῆς πραγματείας, ἔργοις αὐτοῖς παραλαβών· ὡς εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν *· δι' αὐτῶν γὰρ * Ps. XVIII. 5.
ἐκείνων τῶν τοῦ σωτῆρος γνωρίμων, καὶ διὰ τῶν μετὰ ταῦτα τὸν ὅμοιον ἐκείνοις ἐπανηρημένων ζῆλον, ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἀφορισθεῖσα τῷ θεῷ ἐκκλησία, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τὴν σύμπασαν οἰκουμένην ἐπλήρευ· καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον τὴν ἐργασίαν ποιήσονται οἱ τὸν σωτήριον λόγον τὸν εὐαγγελικὸν πιστευθέντες, δι' ἔργων καὶ πράξεων, βίου τε καὶ πολιτείας θεοπρεποῦς, τὰς τοῦ λόγου διδασκαλίας ἀποπληροῦντες· ὧν τοὺς μὲν διαφόρως ἐργασαμένους, διαφόροις τιμαῖς ἀμείψεται ὁ δίκαιος κριτὴς, ἀποδώσων ἑκάστῳ τὴν προσήκουσαν ἐν ἀγαθοῖς ἀμοιβήν· τῷ δ' ἐγκρύψαντι τοὺς λόγους καὶ καταθήσαντι παρ' ἑαυτῷ, μηδέν τε εἰργασμένῳ πονηρῷ δούλῳ καὶ ὀκνηρῷ, τάπίχειρα τῆς πονηρίας ἐποίσει. —Τὸ ἐπάνω δέκα ἢ πέντε πόλεων, ἀρχήν τινα καὶ ἐξουσίαν δηλοῖ δοθησομένην τοῖς ἁγίοις κατὰ ὑποδεεστέρων καὶ τοῦ διευθύνεσθαι ἀξίων.

Ἀλλὰ γὰρ τῶν μὲν αὐτοῦ θεραπόντων τοιαύ- A. I. 259
την ποιήσεται τὴν διάκρισιν· τῶν δὲ μὴ τῆς αὐτῆς δουλείας κατηξιωμένων, ἄλλως δὲ πολιτῶν αὐτοῦ γεγενημένων, ἐν ἐχθρῶν δὲ καὶ μισούντων αὐτὸν χώρᾳ ἑαυτοὺς καταλεξάντων, πρεσβείαν τε ἀπεσταλκότων ἀπαρνουμένην αὐτοῦ τὴν βασιλείαν, ὁποῖον ἔσαι τέλος παρίστη δι' ὧν ἐπανελθόντα τὸν

βασιλέα κατὰ τὴν δευτέραν καὶ βασιλικὴν αὐτοῦ θεοφάνειαν, φοβερὰν ἀπόφασιν ἐξοίσειν κατ' αὐτῶν προὔλεγε τὴν φήσασαν· πλὴν τοὺς ἐχθρούς μου ἐκείνους, τοὺς μὴ θελήσαντάς με βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτοὺς, ἀγάγετε, ὧδε, καὶ κατασφάξατε ἔμπροσθέν μου 1).

Cap. XX. 2. Ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς;

A. f. 261. b. Αὐτὸς μὲν ἔργα θεϊκῆς δυνάμεως ἐπιτελῶν, τεραστίας καὶ παραδόξους πράξεις ἐνεδείκνυτο, ἐδίδασκέ τε οὐράνια μαθήματα· εἰ δ' ἀποθαυμάζειν δέον, γνωρίζειν τὲ ἐκ τῶν λόγων καὶ τῶν πράξεων, ὡς ἄρα αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς ὁ ὑπὸ τῶν προφητῶν κεκηρυγμένος, τοῦτο μὲν οὐκ ἔπραττον, ἐπ' ἀνατροπῇ δὲ τοῦ πλήθους ἐπιστάντες ἀθρόως, ἐπετίμων πυνθανόμενοι ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ εἴη ταῦτα ποιῶν, καὶ παρὰ τίνος εἰλήφει τὴν τοῦ τὰ τοιάδε πράττειν ἀθεῶς ἐξουσίαν.

v. 3. Ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγώ κ. τ. λ.

A. f. 262. Ἀνεξικάκως καὶ πράως αὐτοὺς δεξάμενος ὁ κύριος ἀνερωτᾷ περὶ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ, οὐ πόθεν εἴη αὐτὸς, ἀλλὰ πόθεν τὸν τοῦ βαπτίσματος νόμον εἰλήφοι· τὸ μὲν γὰρ αὐτὸν περὶ ἑαυτοῦ μαρτυρεῖν, ἐπαχθὲς ἡγεῖτο καὶ περιαυτολόγον· τὸ δ' ἐπὶ Ἰωάννην ἀναπέμπειν, λεληθυῖαν τὴν περὶ ἑαυτοῦ διδασκαλίαν περιεῖχεν· ὡμολόγητο γὰρ παρὰ παντὶ τῷ λαῷ Ἰωάννης ἐξ οὐρανῶν ὡρμημένος· οὗτος δὲ αὐτὸς ἐμαρτύρει τῷ σωτῆρι πόθεν εἴη τὴν ἐξουσίαν εἰληφώς· ὡς γὰρ ἀπήγγελλεν αὐτῷ τινὲς ὅτι Ἰησοῦς βαπτίζει *, ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἄνωθεν· αὐτοὶ ὑμεῖς μαρτυρεῖτε μοι ὅτι εἶπον, οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὅτι ἀπεσταλμένος εἰμὶ ἔμπροσθεν ἐκείνου· καὶ πάλιν, ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστί· καὶ αὖθις, ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱὸν, καὶ πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ· ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· οὐκοῦν ἀπὸ τῆς Ἰωάννου περὶ αὐτοῦ μαρτυρίας δῆλος ἦν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ἔπραττεν ὁ σωτὴρ, καὶ τίς αὐτῷ δεδώκει τὴν τοιαύτην ἐξουσίαν.

* Ioh. III. 26.
v. 31.
v. 35.
v. 36.

Cap. XXI. 25. Ἔσται σημεῖα ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις.

A. f. 271. Τηνικαῦτα γὰρ τῆς συντελείας τοῦ θνητοῦ βίου γενομένης, παρελθόντος τὲ τοῦ σχήματος τοῦ κόσμου τούτου κατὰ τὸν ἀπόστολον *, νέος αἰὼν διαλήψεται· ἀντὶ γὰρ πάντων τῶν αἰσθητῶν φωστήρων τῶν πρὶν φωτιζόντων τὸν πρὸ τούτου αἰῶνα, ἐπι-

* I. Cor. VII. 31.

sùm, secunda videlicet regali Dei manifestatione, terribilem sententiam laturum his verbis: verumtamen inimicos meos illos, qui me noluerunt regnare super se, adducite huc et interficite coram me.

In qua potestate haec facis?

Ipse quidem divinae virtutis opera patrans, portenta et mirabiles actus edebat; simulque caelestem doctrinam tradebat. Illi autem qui haec suspicere debuissent, atque ex dictis gestisque cognoscere hunc esse Christum de quo prophetae vaticinati fuerant; minime rerum id fecerunt; verum ad concitandam plebem subito conversi, increpabant eum, interrogantes quanam auctoritate haec faceret, vel a quonam tanta praeditus facultate fuisset, ut haec confidenter ageret.

Interrogabo et ego vos etc.

Patienter ac mansuete postulata eorum excipiens Dominus, sciscitatur ipse quoque de Iohanne baptizatore; nec unde is esset, sed unde baptismi normam accepisset. Nam sibi ipsi testimonium perhibere, plenum odii negotium existimabat et ostentationis. Ceteroqui provocatio ad Iohannem, tacitam continebat Christi manifestationem. Universus enim populus fatebatur Iohannem divinitus missum. Porro hic idem testimonium praebuerat, unde Servator potestatem accepisset. Quum enim ei quidam nunciassent Iesum baptizare, huiusmodi responsum edidit: non potest homo a se ipso quicquam accipere, nisi ei datum fuerit de caelo desuper. Vos mihi dicti mei testes estis, me Christum non esse, verumtamen huic adventanti praemissum. Et rursus: qui desursum venit, supra omnes est. Denuoque: pater diligit filium, et omnia tradidit manui eius. Qui credit in filium, habet vitam aeternam. Igitur ex Iohannis testimonio perspicuum erat, quanam potestate haec Servator faceret, et quisnam ei vim huiusmodi impertitus fuisset.

Erunt signa in sole et luna ac stellis.

Tunc enim facta iam mortalis huius vitae consummatione, praetereunte huius mundi figura, ut ait apostolus, novum saeculum succedet. Nam pro cunctis sensui obviis luminaribus, qui anterius saeculum illustra-

1) Confer Theophaniam apud nos p. 156.

bant, splendescet deinceps ipse apparebitque Servator noster, princeps, et luminare, et rex novi saeculi constituendus. Tanta porro erit divinitatis in eo vis, tamque eximia eiusdem gloria, ut praesentem solem ac lunam et cetera caeli luminaria, potiore suo lumine obvelatura sit et opertura.

Quae mundo supervenient.

Nempe res eventuras ipse explicat, dum mox addit: nam virtutes caelorum commovebuntur. Etenim quum Dei filius cum virtute gloriaque ingenti veniet, atque ex impia superbaque tyrannide perditionis filium deiiciet praesentia sua, eumque spiritu oris sui perimet; tunc caelestibus spiritibus supremisque et angelicis Dei ministris filium Dei stipantibus cum eoque adventantibus, tunc inquam accidet ut caelorum virtutes commoveantur. Tunc illud etiam veridicum evadet; attollite portas principes vestras, et introibit rex gloriae. Quonam vero introibit, nisi in recens saeculum novumque orbem? Sane invisibilibus incorporeisque virtutibus, quae toti caelo moderantur, e sua aeterna statione commotis, ipsum caelum universum et sol ac luna stellaeque transibunt, patefacto caelo, et ianuis, quae ab orbe condito clausae fuerant, iam reseratis: atque ita supercaelestia patebunt, aeternumque Dei regnum conspicuum cunctis erit: quod sane regnum ut cito adsit, votis esse flagitandum Servator docuit, dum in prece illa dicere iussit: adveniat regnum tuum; fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra. Atque ita, corruptibilibus corporeisque rebus praeteritis, intellectualia et caelestia succedent. Tunc etiam inconcussum regnum praeerit saeculo numquam transituro; novumque ac recens caelum, terraque nova existet; sicut ait propheta: « caelum erit novum, novaque terra: atque haec ego coram me permanere mandabo, dicit Dominus. »

Nam virtutes caelorum commovebuntur.

Quae priori saeculo deserviebant virtutes, dum prior ille mundus subsisteret, et singulis eius partibus praepositae fuerant, tunc demum commovebuntur ut meliorem stationem nanciscantur. Nunc enim corruptibilibus serviunt corporibus, sed illo saeculo vindicabuntur et ipsae ex servitio atque corruptela

λάμψει λειπὸν αὐτὸς καὶ ἐπιφανήσεται ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἀρχηγὸς καὶ φωσὴρ καὶ βασιλεὺς τοῦ νέου αἰῶνος καταστησόμενος· τοσαύτη δέ τις ἔσται ἡ τῆς θεότητος αὐτοῦ δύναμις, καὶ ἡ ἀνυπέρβλητος αὐτοῦ δόξα, ὡς τὸν νῦν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς λοιποὺς ἐν οὐρανῷ φωσῆρας διὰ τὴν τοῦ κρείττονος παράθεσιν ἀποκρυβῆναι καὶ καλυφθῆναι τῇ αὐτοῦ δυνάμει.

Τῶν ὑπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ. v. 26.

Τίνα δὲ τὰ ἐπερχόμενα, ἑρμηνεύει συνάπτων· B. f. 191. b
αἱ γὰρ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται· τοῦ γὰρ υἱοῦ τοῦ θεοῦ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς ἐπιζησομένου, καὶ τὴν ἄθεον καὶ μεγάλαυχον τυραννίδα τοῦ υἱοῦ τῆς ἀπωλείας καταργεῖν μέλλοντος τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ, ἀναλίσκειν τε τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, τῶν τε ἐπουρανίων πνευμάτων καὶ τῶν θείων καὶ ἀγγελικῶν λειτουργῶν τοῦ θεοῦ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ δορυφορούντων καὶ σὺν αὐτῷ παρεσομένων, αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται· ὡς τότε πληροῦσθαι τὸ, ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης *· ποῦ δὲ εἰσελεύσεται, * Ps. XXIII. 7.
ἢ εἰς τὸν νέον αἰῶνα καὶ τὴν καινὴν οἰκουμένην; καὶ δὴ τῶν δυνάμεων τῶν ἀφανῶν καὶ ἀσωμάτων, δι' ὧν ὁ σύμπας οὐρανὸς διοικεῖται, τῆς ἐξ αἰῶνος στάσεως παρακινηθεισῶν, καὶ αὐτὸς ὁ σύμπας οὐρανὸς ἥλιός τε καὶ σελήνη καὶ ἀστέρες παρελεύσονται, ἀνοιγομένου τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν ἐξ αἰῶνος κεκλεισμένων αὐτοῦ πυλῶν ἀναπεταννυμένων, ὡς ἂν ὀφθείη τὰ ὑπερούρανια, καὶ ἡ ἐξ αἰῶνος τοῦ θεοῦ βασιλεία φανηθείη τοῖς πᾶσιν· ἣν δὲ καὶ προσεύχεσθαι ἢ τάχος ἐπιζῆναι, αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἐδίδαξε λέγειν ἐν τῇ προσευχῇ παρακελευόμενος, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· οὕτω τε τῶν φθαρτῶν καὶ σωματικῶν παρελθόντων, τὰ νοητὰ καὶ οὐράνια ἐπιζήσεται· ὅτε καὶ ἡ ἀσάλευτος βασιλεία τοῦ μηκέτι παρελευσομένου αἰῶνος καθηγήσεται, καινός τε καὶ νέος οὐρανός, γῆ τε καινὴ συζήσεται κατὰ τὸν φήσαντα προφήτην * « ἔσαι οὐρανὸς * Is. LXV. 17.
καινὸς καὶ ἡ γὴ καινὴ, ἃ ἐγὼ ποιῶ μένειν ἐνώπιόν μου, λέγει κύριος. »

Αἱ γὰρ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται. v. 26.

Αἱ τὸν πρότερον αἰῶνα διακονησάμεναι δυνάμεις ἐν τῇ συστάσει τοῦ προτέρου κόσμου, τοῖς τε αἰσθητοῖς μέρεσι τοῦ παντὸς ἐπιστατήσασαι, τότε δὴ σαλευθήσονται, ὡς ἂν κρείττονος τύχοιεν στάσεως· τέως μὲν γὰρ δουλεύουσι φθαρτοῖς σώμασι διακονούμεναι, κατὰ δὲ τὸν νέον αἰῶνα ἐλευθερωθήσονται καὶ αὐταὶ ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθο-

ρᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ· ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ παρόντος γενάζει ἡ κτίσις τῇ φθορᾷ τῶν αἰσθητῶν σωμάτων δουλεύουσα, καὶ τὴν οἰκείαν στάσιν φυλάττουσα, ἐν ᾗ κατέστησεν αὐτὴν ὁ τοῦ παντὸς κύριος· τότε δὲ κατὰ τὴν σωτήριον Θεοφάνειαν ἐλευθερωθεῖσα τῆς νῦν στάσεως, ἐπὶ τὰ κρείττω μεταβήσεται.

in libertatem gloriae filiorum Dei. In praesenti enim creatura ingemiscit dum sensibilium corporum servit corruptelae, suamque stationem retinet, in qua eam rerum omnium Dominus collocavit. Tunc vero in servatoris Dei manifestatione, a praesenti expedita statu, in meliorem transibit.

Cap. XXI. 28. Ἀρχομένων δὲ τούτων γίνεσθαι, ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν.

His autem fieri incipientibus, respicite et levate capita vestra.

A. f. 272. B. f. 192. E. f. 315. Λέγει δὲ ταῦτα 1) πρὸς τοὺς μαθητὰς, οὐχ ὡς μέλλοντας αὐτοὺς ζήσεσθαι, καὶ παραμένειν τῷ βίῳ μέχρι τῆς συντελείας, ἀλλ' ὡς ἑνὸς ὄντος σώματος αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν, τῶν τε μετὰ ταῦτα μέχρι τῆς συντελείας εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων, καὶ δι' αὐτὸν κατὰ τὸν παρόντα βίον τεταπεινωμένων· τότε γοῦν ἀπολαβόντες τὰς ἐπαγγελίας ἐφ' αἷς ἠλπίζομεν, ἀνακύψομεν οἱ τότε συγκεκυφότες, καὶ ἐπαρεῦμεν τὰς κεφαλὰς ἡμῶν οἱ πάλαι τεταπεινωμένοι· ἡ γὰρ ἀπολύτρωσις ἡμῶν ἡ προσδοκωμένη αὐτὴ ἐκείνη ἔσαι, ἣν καὶ ἡ πᾶσα κτίσις προσδοκᾷ κατὰ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν, ἣν καὶ Παῦλος * ἀπεκδεχόμενος γενάζει τοῖς σωτηρίοις φωναῖς δουλεύων· πότε δὲ ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις, ἀκριβῶς ἐδίδαξεν εἰπὼν, ὅτι τούτων, ἀρχομένων γίνεσθαι· μὴ γὰρ ἀρχομένων, ἀλλ' ἤδη εἰς ἔργα χωρούντων τῶν λεγομένων, οὐκέτι ἐγγίζειν εἰκὸς τὴν ἀπολύτρωσιν, ἀλλ' ἔργοις ἐπιτελεῖσθαι· ὁ δὲ θεῖος ἀπόστολος * καὶ ὅλης αὐτῆς τῆς κτίσεως ἀπολύτρωσιν καὶ ἐλευθερίαν τότε γενήσεσθαι διδάσκει, διὰ τὸν μέλλοντα καὶ αὐτῆς γίνεσθαι ἐπὶ τὸ κρεῖττον μετασχηματισμόν· διὸ φησὶ, καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ· ἀφθάρτων γὰρ ἁπάντων καὶ ἀθανάτων τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ τὸν νέον οἰκησαντων αἰῶνα, ἐχρῆν δήπου καὶ τὴν κτίσιν αὐτὴν τὴν νῦν τῇ φθαρτῇ φύσει δουλεύουσαν, εἰς ἄφθαρτον οὐσίαν μεταβαλεῖν, τῆς παρούσης καταστάσεως ἐλευθερωθεῖσαν· εὐκαίρως μέντοι τῷ, καὶ τότε ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν νεφέλῃ μετὰ δόξης, παραθήσεις τὴν τοῦ Δανιὴλ * προφητείαν, δι' ἧς καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἡ νεφέλη, καὶ ἡ τῷ τοῦ ἀνθρώπου δοθησομένη βασιλεία ἐθεωρεῖτο· ἀλλὰ τότε μὲν εἷς τῶν προφήτης θείῳ πνεύματι θεοφορούμενος τὸ μέλλον ἔσεσθαι ἐθεᾶτο· κατὰ δὲ τὸν τῆς συντελείας καιρὸν πάντες, ὡς φησὶν ὁ σωτὴρ *, αὐτὸν ὄψονται ἐρ-

Haec ait discipulis, non quod ipsis esset usque ad sacculi consummationem vita superfutura, sed quia iidem nobiscum unum corpus constituunt, nec non quotquot usque ad consummationem Christo crediturі sunt, atque eius causa praesentem vitam in humilitate traducturi. Tunc igitur, re quam speramus impetrata, tollemus oculos qui hactenus humi defixi erant, caputque erigemus qui olim depressi fuimus. Haec est enim quam expectamus redemptio; quam reliqua etiam creatura omnis praestolatur, iuxta apostolicam doctrinam, qua Paulus etiam imbutus ingemiscit Servatoris vocibus obsecundans. Quandonam autem appropinquatura sit redemptio, accurate docuit dicens: his fieri incipientibus. Quum enim iam dicta opera decurrent, haud videtur propinquare redemptio, sed opere ipso compleri. Apostolus autem totius quoque creaturae redemptionem ac libertatem tunc fore docet, propter futuram scilicet eius quoque in melius transformationem. Idcirco ait: et ipsa creatura vindicabitur e servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei. Nam cum omnes incorruptibiles atque immortales sanctique et beati filii Dei novum saeculum incolent, tunc opus erit ipsam quoque mundi fabricam, quae nunc corruptibili naturae obnoxia est, in immortalem converti substantiam atque a praesenti conditione expediri. Tempestive autem dictioni « tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum gloria » appones Danihelis prophetiam, in qua item filius hominis, et nubes, et datum filio hominis regnum spectabatur. Sed enim tunc quidem unus propheta divino Spiritu instinctus futuram rem cernebat; at consummationis tempore omnes, ut ait Servator, vide-

* Rom. VII. 24.

* Rom. VIII. 21.

* Dan. VII. 13.

* Matth. XXVI. 64.

1) Sequens fragmentum partim congruit cum proxime praecedentibus.

bunt eum venientem in nube cum virtute magna vivifica et illuminatrice novi saeculi, cumque gloria magna, patris videlicet divinitate.

Quandonam vero haec fient? Quum gentium tempora completa fuerint. Etenim absoluto quod iis definitum fuerat aetatum spatio, signa consummandi mundi extabunt. Cuiuscemodi vero signa haec, Matthaeo Lucas dicendum permisit. Oportebit enim, magno luminari, ipso inquam Deo Verbo, cum virtute gloriaque multa alterum adventum suum ostensuro, subtrahere semet ac cedere solem lunamque et cetera sidera, ut loco omnium ipse filius hominis lucens, novum saeculum illuminet, priore mundi figura praetereunte, secundum apostolicum testimonium quod ait: « praeterit enim figura huius mundi ». Quum ergo haec figura praeteribit, simul abibunt sol ac luna et stellae. Obtenebrabitur autem tunc sol, non quod suum lumen amissurus sit, sed comparatione maioris obscuratus. Ergo laborum veluti suorum praemium capiet, ut fiat septemplex; ipsaque luna ut sol erit; stellae denique eandem in melius provectionem experientur. Sed tamen tunc sol et luna otiabuntur, neque ullus erit stellarum usus, quia iam nox non erit: etenim hae quoque quiescent una cum caelo servitute liberatae. Sic igitur novum saeculum absque sole luna stellisque erit, luminis nostri die sanctas animas illustrante.

Quenam vero superventura sint mundo post luminarium obscurationem, et quamobrem, et unde pressura gentium eventura sit, declarat mox dicens: prae confusione sonitus maris et fluctuum arescentibus hominibus. Et mihi videtur docere futurae tunc conversionis initium fore ab humidae substantiae defectu. Hac enim in primis absorpta vel concreta, ita ut neque sonitus iam maris exaudiatur, neque fluctuum ejus commotio ob nimium aestum fiat, reliquae mundi partes haud diutius consueta fruentes vaporatione ex humido elemento emissa, mutationem conversionemque patientur, cuius rei signa in sole luna stellisque extabunt. Nam sic facta universi perversione, mundique consummatione, exteriore hac figura praetereunte (priora enim abibunt ut posteriora subintroëant) consequens

χόμενον ἐν νεφέλῃ μετὰ δυνάμεως πολλῆς ζωοποιητικῆς καὶ φωτιστικῆς τοῦ νέου αἰῶνος, καὶ μετὰ δόξης πολλῆς, τῆς πατρικῆς δηλαδὴ θεότητος.

Πότε δὲ ταῦτα ἔσαι; ὅταν πληρωθῶσι καιροὶ ἐθνῶν· περαιωθείσης γὰρ τῆς ὡρισμένης τοῖς ἔθνεσι προθεσμίας, ἔσαι σημεῖα τῆς τοῦ κόσμου συντελείας· ποταπὰ δὲ σημεῖα, τῷ Ματθαίῳ* ὁ Λουκᾶς παρεχώρησεν ἐξειπεῖν· ἐχρῆν γὰρ μέλλοντας τοῦ μεγάλου φωσῆρος, αὐτοῦ δὲ τοῦ Θεοῦ λόγου μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς τὴν δευτέραν αὐτοῦ ποιεῖσθαι παρουσίαν, ὑποστέλλεσθαι καὶ ὑπαναχωρεῖν τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, ἵνα ἀντὶ πάντων αὐτὸς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καταλάμψας φωτίσῃ τὸν νέον αἰῶνα, τοῦ προτέρου σχήματος τοῦ κόσμου παρελθόντος κατὰ τὴν ἀποστολικὴν μαρτυρίαν ἥ φησι*, παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου· ἐπειδὰν οὖν τοῦτο παρέλθοι τὸ σχῆμα, συμπαρελεύσεται αὐτῷ καὶ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καὶ οἱ ἀστέρες· σκοτισθήσεται δὲ ὁ ἥλιος τότε, οὐχ ὥσε στερηθῆναι τοῦ οἰκείου φωτὸς, ἀλλὰ παραθέσει τοῦ κρείττονος ἀμαυρούμενος· ἀμοιβῆς γοῦν τῶν αὐτοῦ καμάτων καὶ αὐτὸς τεύξεται, ἑπταπλασίων γενησόμενος· ἥ τε σελήνη καὶ αὐτὴ ἔσαι ὡς ὁ ἥλιος· καὶ οἱ ἀστέρες δὲ τῆς ὁμοίας τεύξονται ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολῆς· ἀργήσει δὲ τότε ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη· ἀλλ' οὐδὲ ἄστρων τις ἔσται τότε χρεία, νυκτὸς μὴ οὔσης· ἀναπαύσονται δὲ καὶ αὐτοὶ ἐλευθερωθέντες σὺν τῷ οὐρανῷ· οὕτω τὲ ὁ νέος αἰὼν ἀνήλιος ἔσται καὶ ἀσέληνος καὶ ἄναστρος, ἡμέρας τοῦ ἡμετέρου φωτὸς τὰς ἁγίας καταυγαζούσης ψυχάς.

Τίνα γε μὴν τὰ ἐπερχόμενα τῇ οἰκουμένῃ μετὰ τὸ τοὺς φωσῆρας σκοτισθῆναι, καὶ διὰ τί, καὶ πόθεν ἡ συνοχὴ τῶν ἐθνῶν ἔσαι, παρίσησιν ἑξῆς λέγων, ἐν ἀπορίᾳ ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου ἀπεψυχόντων ἀνθρώπων· καί μοι δοκεῖ τῆς τότε γενησομένης τοῦ παντὸς τροπῆς τὴν ἀρχὴν ἔσεσθαι διδάσκειν ἀπὸ ἐκλείψεως τῆς ὑγρᾶς οὐσίας· ταύτης γὰρ πρώτης ἀναποθείσης ἢ ἀποπαγείσης, ὡς μηκέτ' ἦχον θαλάσσης ἀκούσεσθαι, μηδὲ τὸν τῶν κυμάτων αὐτῆς σάλον γίνεσθαι διὰ αὐχμὸν ὑπερβάλλοντα, τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ κόσμου μηκέτι τῆς συνήθους μεταλαμβάνοντα ἀναθυμιάσεως ἐκ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας ἀναπεμπομένης, τροπὴν καὶ μεταβολὴν πείσεται· ὡς ἐκ τούτου γενήσεται σημεῖα ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις· ἀνακλίσεώς τε γὰρ τοῦ παντὸς γενομένης, καὶ συντελείας τοῦ κόσμου, καὶ παραγόντος τοῦ σχήματος τούτου τοῦ φαινομένου (παρελεύσεται γὰρ τὰ

* Matth. XXIV 29.

* I. Cor. VII. 31

πᾶσαν ζύμην κακίας καὶ πονηρίας, ἀζύμων δ' ἀληθείας καὶ εἰλικρινείας ἐμπιπλαμένοις, ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς ἔνδον ἐν τῇ ψυχῇ τὸν ἐν κρυπτῷ ἰουδαῖον * καὶ τὴν ἀληθῆ περιτομήν, καὶ τοῦ τυθέντος ὑπὲρ ἡμῶν πρεβάτου τῷ αἵματι τὰς τῆς διανοίας ἡμῶν φλιὰς περιχρίουσιν εἰς ἀποτροπὴν τοῦ καθ' ἡμᾶς ὀλοθρευτοῦ· καὶ τοῦτο οὐ πρὸς μίαν περίοδον τοῦ παντὸς ἔτους, ἀλλὰ καὶ δι' ἑβδομάδος ἁπάσης· παρασκευὴ μὲν ἡμῖν ἔστω νηστεία, πένθους σύμβολον, τῶν προτέρων ἡμῖν χάριν ἁμαρτημάτων, καὶ μνήμης ἕνεκα τοῦ σωτηρίου πάθους.

* Rom. II. 29.

ιβ. Ἰουδαίους γε μὲν ἐξ ἀρχῆς ἀπεσφάλθαι τῆς ἀληθείας φημὶ, ἐξ οὗπερ αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ ἐπιβεβουλεύκασι, τὸν λόγον τῆς ζωῆς ἐξ ἑαυτῶν ἀπελαύνοντες· καὶ τοῦτο σαφῶς ἡ τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων παρίστησι γραφή· τῷ μὲν γὰρ κυρίῳ ἐπιμαρτυρεῖ τὸ πάσχα βεβρωκέναι τῇ πρώτῃ τῶν ἀζύμων· μηδ', ὡς φησιν ὁ Λουκᾶς, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα ἡμέρᾳ τὸ σύνηθες αὐτοῖς βεβρώκασι πάσχα, ἀλλὰ τῇ μετ' ἐκείνην ἑξῆς, ἥτις ἦν τῶν μὲν ἀζύμων δευτέρα, σελήνης δὲ πεντεκαιδεκάτη, ἐν ᾗ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν κρινομένου ὑπὸ Πιλάτου, οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, οὐκ ἄρα τῇ πρώτῃ τῶν ἀζύμων ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι, βεβρώκασιν αὐτὸ κατὰ τὸν νόμον· ἦ γὰρ ἂν μετὰ τοῦ σωτῆρος καὶ αὐτοὶ τὸ πάσχα πεπεικέκεσαν, ἀλλ' ἐξ ἐκείνου ἅμα τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλῇ πρὸς τῆς αὐτῶν τυφλωθέντες κακίας, καὶ πάσης ἀληθείας ἐσφάλησαν· ἡμεῖς δὲ τὰ αὐτὰ μυστήρια δι' ὅλου τοῦ ἔτους ἄγομεν, ἐν παντὶ μὲν προσαββάτῳ τοῦ σωτηρίου πάθους τὴν ἀνάμνησιν ποιούμενοι διὰ νηστείας ἣν 1) ἐνήστευσαν ἀρθέντος ἀπ' αὐτῶν τοῦ νυμφίου τότε πρῶτον οἱ ἀπόστολοι· διὰ πάσης δὲ κυριακῆς ἡμέρας τῷ ἡγιασμένῳ σώματι τοῦ αὐτοῦ σωτηρίου πάσχα ζωοποιούμενοι, καὶ τῷ τιμίῳ αἵματι αὐτοῦ τὰς ψυχὰς κατασφραγιζόμενοι.

Christo pascha debemus, mentem nostram omni malitiae fermento expurgantes, azymis autem veritatis ac simplicitatis nos saturantes, habentesque in anima eum, qui in abscondito est iudaeus, veramque circumcisionem, et immolati pro nobis agni sanguine mentis nostrae postes inungentes, ob exterminatorem nostrum propulsandum. Neque hoc in una periodo uniuscuiusque anni, sed tota etiam hebdomada. Praeparatio tamen nobis sit ieiunium, luctus symbolum, propter priora peccata nostra, et ob patientis Servatoris memoriam.

12. Iudaeos certe iam olim a veritate aberrasse aio, ex quo veritatem ipsam persecuti sunt, et Verbum vitae a se expulerunt. Atque hoc manifeste adfirmat scriptura evangelica. Nam Dominum prima die azymorum comedisse pascha testatur. Ipsi vero non qua die oportebat, ut ait Lucas, consuetum pascha comederunt, sed die crastina, quae erat azymorum secunda, lunae vero quinta decima; in qua dum de Servatore nostro iudicium exerceret Pilatus, non sunt ingressi praetorium. Non ergo prima die, in qua fuerat immolandum, comederunt prout lex volebat pascha; sic enim cum Servatore et ipsi pascha comedissent; sed iam tum struendis Servatori insidiis occupati, a sua malitia excaecati, omni veritate exciderunt. Nos vero eadem mysteria toto anno agimus, omni praecedente sabbatum die Servatoris passionem commemorantes cum ieiunio, quod primum tunc apostoli ablato ab ipsis sponso observarunt. Omni die dominica per corpus sanctificatum ipsius salutaris paschatis vivificamur, et pretioso sanguine ipsius in anima obsignamur.

1) Dicit sextae feriae perpetuum in graeca ecclesia ieiunium, quod tamen in occidente varias vices passum est. Vide Thomasinum de ieiuniis part. II. cap 15.

DE EUSEBII QUAESTIONIBUS EVANGELICIS

EDITORIS MONITUM.

Plura iam in hoc volumine edidimus Eusebii scripta, quae superiores doctissimi auctoris editiones desiderabant; nempe 1. *Commentarios, vel eorum excerpta, in psalmos a CXIX. ad psalterii finem.* 2. *Theophaniae partem non modicam.* 3. *Commentariorum in Lucam non paenitendas reliquias.* 4. *Operis de paschate insigne fragmentum. (Tum et chronicorum Eusebii deperditum priorem librum Mediolani olim, et postea Romae vulgavimus.) Nunc quinto loco quaestiones eius evangelicas, sive de evangeliorum diaphonia, quas superioribus annis paulo sparsiores, prout eae nobis idemtidem occurrerunt, nec nisi partim latinas factas edidimus, commodiore iam ac pleniore forma, integra etiam latinitate donatas, recudere constituimus. Postremo denique quaedam alia Eusebii fragmenta accedent.*

Cur Eusebius, rei christianae defensor acerrimus, opus hoc scribendum susceperit, causam facile est divinare, quia multae incurrunt reapse apud evangelistas varietates, quibus ethnici vel haeretici abutebantur, ut divinorum librorum veritatem negarent. Hinc tot harmoniae evangelicae iam inde a Tatiani syri temporibus usque ad nostra constructae. Ipse Eusebius sub initiis quoque historiae suae ecclesiasticae lib. I. 7. *necessario demonstrandam putavit evangeliorum inter se consensionem, quod et fecit, citato etiam Africani exemplo in litteris ad Aristidem de evangelistarum in narranda Christi genealogia consensu. Iam quale fuerit hoc Eusebii de evangeliorum diaphonia seu discrepantia (concilianda) opus, docet authentico testimonio auctor in praefatiuncula ad Marinum. « Ambiguarum quaestionum ac solutionum, quae circa divinorum evangeliorum » initia occurrunt, quum iam duos scripserim libros, venio nunc, mediis praetermissis ad extrema » quae semper apud omnes controversa fuerunt. » Priores autem duo libri scripti erant ad Stephanum, ut codex vaticanus demonstrat, tertius ad Marinum. Ergo Eusebius quaestiones tantummodo circa initium et finem evangeliorum obortas tractaverat, mediis cunctis omissis; quas deinde omnes operosissima lucubratione de consensu evangelistarum complexus est sanctus Augustinus, qui dicti operis libris* 2. 3. *et* 4. *difficultates plurimas per totum evangelistarum contextum pro suo ingenii acumine enucleavit. Et quidem, quod iure miror (quodque spem quodammodo alit, superesse alicubi opus Eusebii fortasse integrum, cuius nonnisi compendium hoc exhibemus) Latinus Latinius opp. T. II. p.* 116. *sic ad Andream Masium scribebat: « Sirletus (Cardinalis) scire te vult, in Sici- » lia inventos esse libros tres Eusebii caesariensis de evangeliorum diaphonia, qui ut ipse sperat » brevi in lucem edentur. » Tres ergo iam tum dicebantur hi Eusebii libri, ut apud nos postea in prologo ad Marinum apparuit. Nec vero quisquam codicem nostrum ex Sicilia adlatum Romam putet; est enim is unus de palatinis heidelbergensibus, ut eius inscriptio demonstrat, nec non Silburgii impressus graecae illius bibliothecae catalogus, qui ante captam Heidelbergam translatosque illos Romam codices confectos fuit. Quod si Silburgius non tres dicit libros, sed duos, id brevi alucinatione accidit, quia nempe duas tantum operis sectiones videbat in codice, ad Stephanum et ad Marinum, cuius postremae prohoemium non legit.*

Mihi in codice vat. palat. ·CXX· pulcherrimo, saeculi ferme ·X·, trium praedictorum librorum epitome comperta est, ut diserte inscribitur ἐκλογὴ ἐν συντόμῳ *etc. prout ex codice in titulum libri mei ad verbum transtuli: in aliis vero vaticanis catenarum codicibus partes etiam integri operis nactus sum, quas post epitomen recitabo. Nunc operis per se certissimi testes nihilominus veteres producere aequum est.* 1. *Namque Eusebius demonstr. evang. lib. VII.* 3. *ait: « τίνι δὲ λόγῳ τὸν Ἰωσὴφ γε-*

ee

» νεαλογοῦσιν εἱ ἱεροῖ εὐαγγελισαὶ, καὶ περ μὴ ὄντος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἁγίου » πνεύματος καὶ τῆς ἁγίας παρθένου, ὅπως τε καὶ αὕτη ἡ τοῦ κυρίου μήτηρ ἀπὸ γένους καὶ » σπέρματος ἀποδείκνυται εἶναι Δαβὶδ, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὴν γενεαλογίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν » ζητημάτων καὶ λύσεων διειληφότες, ἐπ' ἐκεῖνα τοὺς φιλομαθεῖς ἀποπέμπομεν : *cur Iosephi ge-* » *nus sacri evangelistae describant, quamvis Servator noster ex ea natus non sit, sed de Spi-* » *ritu sancto et sancta Virgine; quove modo ipsa Domini mater de genere ac semine Davidis* » *fuisse ostendatur; in primo quaestionum et solutionum de Servatoris nostri prosapia explicavi-* » *mus. Illuc igitur rei studiosos amandamus.* » *Porro titulum hunc* « ζητημάτων καὶ λύσεων, *quaestionum et solutionum* » *genuinum esse eusebianum, docet heic auctor, et codicis nostri pala-tini inscriptio confirmat. Alii itaque auctores, v. gr. sanctus Hieronymus (ut mox dicemus) liberius locuti sunt, cum paulo aliter, ut fit, sensús tantummodo ratione habita, inscripserunt: quae varietas in titulo quoque chronicorum Eusebii iamdiu observata fuit.* 2. *Sanctus ergo Hieronymus de script. illustr. cap.* 81. *ait* « *Eusebius caesariensis etc. edidit de evangeliorum diaphonia* » 3. *Rursus idem Hieronymus in comm. ad Matth. I.* 16: « *super hoc et Africanus temporum scriptor, et* » *Eusebius caesariensis in libris* διαφωνίας εὐαγγελίων *plenius disputarunt.* » *Porro Sophronius Hieronymi interpres, Suidas, Honorius augustudunensis, Trithemius, aliique, nonnisi praedicta testimonia repetiverunt.* 4. *Ebediesu in librorum syrorum catalogo, sic:* « *Eusebius caesariensis* » *composuit librum solutionis contradictionum evangelii.* » *Reapse in vat. syr. codice CIII. p.* 302. *excerpta aliquot ex illo opere fiunt, cum titulo:* « *Eusebii caesariensis ex libro quaestionum in evangelium.* » 5. *Nicephorus quoque Callistus hist. I.* 11. *opus hoc Eusebii satis innuit dicens:* « περὶ τὴν δοκοῦσαν διαφωνίαν οὐκ ὀλίγοι βίβλους ὅλας ἐξέδωκαν : *circa apparentem dissonantiam* » *non pauci libros integros ediderunt.* » 6. *Eusebii hoc opus de evangelistarum discrepantia permulti codices memorant praesertim catenarum, cum alibi, tum etiam in bibliotheca vaticana, ut legens comperi. Ecce enim et Combefisius ex catena codicis gallicani, latinum a se redditum edidit in bibl. concion. T. VIII. p.* 15. *latum fragmentum, quod graece apud nos recurrit. Atque haec librorum ad Stephanum testimonia sunt.* 7. *Libro autem ad Marinum testimonium dant Anastasius sinaita in quaestionibus* 8. 148. 153; *Macarius Chrysocephalus in florilegio; chronographi Georgius hamartolus, Iohannes siculus, et Cedrenus quos infra laudabimus. Item auctor scholiorum ad I. reg. cap.* 2. *cant. Annae in sixtina gr. editione; tum catenae, Possini quidem in Marcum p.* 343. 364, *Corderii autem in Iohannem p.* 436. 8. *Sanctus Ambrosius, etsi Eusebium nominatim non appellat, eius tamen opere latissime utitur in commentario ad Lucam.* 9. *Utrum S. Augustinus, qui suo quodam peculiari modo ingenioque loquitur, ad Eusebium nostrum respexerit, non definio; nam modo congruit, modo dissidet, quod tali in opere fieri necesse est.* 9. *Sanctus Hieronymus in comm. ad Matth. sub initio et fine, ex eusebianis quaestionibus haurit, et quidem ex illis ad Marinum abundanter in epistola* ·CXX· *capp.* 3. 4. 5. 6. 7. 9. *Ceteroqui graecos praesertim biblicarum quaestionum auctores, quorum longus catalogus contexi potest, Eusebium prae oculis habuisse, quis dubitet?*

ΕΚΛΟΓΗ ΕΝ ΣΥΝΤΟΜΩ

ΕΚ ΤΩΝ ΣΥΝΤΕΘΕΝΤΩΝ

ΥΠΟ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΡΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΝ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΙΣ

ΖΗΤΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΛΥΣΕΩΝ.

EPITOME SELECTA

EX COMPOSITIS

AB EUSEBIO AD STEPHANUM

CIRCA EVANGELIA

QUAESTIONIBUS AC SOLUTIONIBUS.

I. Cur evangelistae Iosephi, non autem Mariae, genus scribant.

Qui fit, ut Christum evangelistae tamquam a Davide genus ducentem narrent? Prorsus propter Iosephum Davidis prosapia genitum. Atqui non abs Iosepho Christus est, sed a sancto Spiritu et Maria, ut ait scriptura. Oportuisset igitur Mariae genus enarrari, si quidem Christi stemma non Iosephi contexebatur, ad quem Christi humana natura nihil pertinet, quia genitus ab eo non fuit. Iam vero si Iesus a Iosepho non oritur sed a Maria tantummodo, is ne a Davide quidem est: quandoquidem Mariam nulla historia Davide oriundam demenstrat. Temere igitur evangelistae Christum Davidis genere ortum celebrant, quum neque is Iosephi sit filius, neque Mariam in familia Davidis fuisse docuerint. Huiuscemodi erat quaestio prima, quae sic dissolvitur.

1. Res Iesu Christi servatoris nostri partim clam habere oportebat illorum temporum hominibus; partim vero ad communem notitiam efferebantur, quaecumque audientibus utilitatem erant allaturae. Veluti Iesus, ut aliquid exempli causa dicam, mortalis aetatis trigesimum annum agens stitit se publice ad Iohannis baptisma, atque hinc fecit initium magisterii sui ac prodigiorum: quid tamen citra trigesimum annum gesserit, nulla historia docet; neque ex ulla divinae auctoritatis scri-

I. Διὰ τί τὸν Ἰωσὴφ, ἀλλ' οὐ τὴν Μαρίαν, οἱ εὐαγγελισταὶ γενεαλογοῦσιν.

Πόθεν τὸν Χριστὸν ὡς υἱὸν Δαβὶδ γενεαλογοῦσι; πάντως ὅτι διὰ τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἐκ Δαβὶδ γεγονότα· ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας, ὡς φησὶν ἡ γραφή· ἐχρῆν τοίνυν τὴν Μαρίαν γενεαλογεῖν, εἴπερ τὸν Χριστὸν γενεαλογεῖν ἐβούλοντο, ἀλλ' οὐ τὸν Ἰωσὴφ, ᾧ μηδὲν προσήκων τυγχάνει κατὰ σάρκα ὁ Χριστὸς, μὴ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος· εἰ δὲ μὴ ἐξ αὐτοῦ τυγχάνει ὤν, ἀλλ' ἐκ μόνης τῆς Μαρίας, οὐκ ἂν εἴη ἐκ τοῦ Δαβὶδ, ἐπειδὴ τὴν Μαρίαν οὐδεὶς λόγος ἀποδείκνυσιν ἀπὸ Δαβὶδ γενομένην· μάτην ἄρα τὸν Χριστὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ θρυλλοῦσι, μήτε τοῦ Ἰωσὴφ ὄντα υἱὸν, μήτε τῆς Μαρίας ἀπὸ Δαβὶδ γενεαλογουμένης· τοιαῦτα μέν τινα τὸ πρῶτον τῶν ἠπορημένων περιεῖχε· λύσις δ' ἂν εἴη αὐτῷ ἥδε.

α'. Τῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πράξεων, τὰ μὲν σιωπᾶσθαι ἀναγκαῖον ἦν τοῖς τότε, τὰ δὲ εἰς πολλῶν ἀκοὰς διεδίδοτο, ὅσα πρὸς ὠφέλειαν ἤμελλε συμβάλλεσθαι τοῖς ἀκροωμένοις· οἷον ὡς ἐπὶ παραδείγματος τριακοστὸν ἄγων τῆς τοῦ σώματος ἡλικίας ἔτος, παρεισιν ἐπὶ τὸ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ βάπτισμα· καὶ ἐντεῦθεν ἀπάρχεται τῆς διδασκαλίας καὶ τῶν τεραστίων ἔργων· τίνα δὲ τὰ πρὸ τοῦ βαπτίσματος ἐντὸς ὅλων ἐτῶν τριάκοντα πραχθέντα αὐτῷ, οὐδεμία ἱστορία δηλοῖ, οὐδ' ἔστιν ἀπό τι-

νος θείας γραφῆς τὸν πρὸ τούτου καταμαθεῖν αὐτοῦ βίον. Ἀλλὰ καὶ ἐξ οὗπερ εἰς πάντας ἐγνώσθη, τὰ μὲν εἰς ἀκοὰς πάντων ἐκήρυττε, τὰ δὲ μόνους τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἐμυσταγώγει· καὶ ποτὲ μὲν παραδεξοποιῶν παρήνει μηδενὶ λέγειν, ποτὲ δὲ ἄνευ τῆς τοιάσδε παραινέσεως τὰ θαυμάσια κατειργάζετο. Ἐν δὴ οὖν μάλιστα τῶν σεσιγῆσθαι δεδογμένων, τὸ κατὰ τὴν γενεσιν αὐτοῦ θαῦμα ἦν· οὐδενὸς τῶν καθ' ἓν ἐνηνθρώπησε χρόνον, ὀλίγων ἐκτὸς, τούτου γνῶσιν κεκτημένου.

β'. Φησὶ δέ που ὁ ἅγιος ἀνὴρ, Ἰγνάτιος ὄνομα αὐτῷ, τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας δεύτερος γεγονὼς μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἐπίσκοπος, ὡς ἄρα καὶ τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἔλαθεν ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ἡ τοῦ σωτῆρος ἐξ αὐτῆς γένεσις· λέγει δ' οὕτως 1)· « καὶ ἔλαθε τὸν ἄρχον- » τα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ » ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ » Χριστοῦ· τρία μυστήρια κραυγῆς, ἅτινα ἐν ἡσυ- » χίᾳ θεοῦ ἐπράχθη. Ἔστι δὲ καὶ λογισμῷ λαβεῖν, ὅτι μὴ πάντων ἦν τῶν ἐν σαρκὶ βιούντων τὸν χριστὸν θεοῦ καὶ σὺν ἀνθρώποις ἀναστραφέντα οἷα κοινὸν ἄνθρωπον ὁρώντων, τὸ δύνασθαι πιστεύειν ἐξ ἀπειρογάμου κόρης αὐτὸν δίχα πατρὸς γεγονέναι οὐδ' εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν, ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ ἡ Μαρία συλλαβοῦσα τὸν Ἰησοῦν ἐγέννα, λυσιτελὲς ἦν· ἦ γὰρ ἂν καὶ δίκην κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον ἡ παρθένος ὑπέσχεν, ὡς πρὸ ὥρας γάμου διαφθαρεῖσα τὴν παρθενίαν· διόπερ εἰκότως ἐπισημαίνεται ἀκριβῶς φήσασα ἡ γραφὴ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα· μονονουχὶ διδάσκουσα ὅτι μὴ πρὸ γάμου συνείληφε· μὴ δὲ πρὸ τοῦ παρὰ τὸν ἄνδρα ἐλθεῖν· μετὰ δὲ τὸ συναφθῆναι τὸν Ἰωσὴφ καὶ πρὸ αὐτῷ γενέσθαι 2), παρὰ πᾶσι τὲ γυναῖκα αὐτοῦ χρηματίσαι, συνόντων ἀλλήλοις, καὶ τῆς γαμικῆς ὁμιλίας ἅπτεσθαι ἤδη γοῦν μελλόντων, αὐτῆς ὡς εἰπεῖν ὥρας πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. Καὶ τοῦτό γε παγχρησίμως εἰς τὸ λαθεῖν τοὺς πολλοὺς ᾠκονόμητο· εἰ γὰρ δὴ παρὰ τοῖς αὐτῆς γονεῦσιν οὖσαν ἔτι συνέβη κατὰ γαστρὸς λαβεῖν, κἂν εἰκὸς ἦν βοηθῆναι τὸ πρᾶγμα ὅτι μὴ ἐκ προδήλου ἀνδρὸς ἐκυοφορήθη, θᾶτ-

ptura superiorem vitam eius discere licet. Sed enim postquam etiam nemini ignotus erat, alia quidem audientibus omnibus praedicabat; aliis autem, tamquam mysteriis, discipulos tantummodo suos initiabat: ac modo prodigia ab se edita divulgari nolebat, modo sine ullo eiusmodi vetito miracula faciebat. Iam in iis, quae silentio premere placuit, miraculum eius nativitatis erat: ita ut illorum, qui mortali eius vitae interfuerunt, nemo, paucis exceptis, rei conscius fuerit.

2. Dicit autem vir sanctus, nomine Ignatius, qui antiochenae ecclesiae secundus fuit post apostolos episcopus, ipsum saeculi principem latuisse Mariae virginitatem, ac Servatoris ex eo nativitatem. Sic enim ait: « latuit » principem huius saeculi virginitas Mariae, » eiusque partus, itemque Christi mors: my- » steria tria clamosa, quae tamen sub divino » silentio peracta fuerunt. » Iam ipso mentis ratiocinio intelligere licet, haud fieri potuisse, ut mortales omnes, qui Dei unctum inter homines communi hominis forma versantem cernebant, natum crederent e puella nuptiarum ignara, patre nullo. Neque porro expediebat, ut multi compertum haberent, Mariam haud ex Iosepho conceptum peperisse Iesum: prorsus enim poenae fuisset obnoxia de mosaicae legis mandato virgo, ceu si ante nuptiarum tempus virginitatem violavisset. Quamobrem merito animadversum est, vigilanter admodum scripturam dicere: «antequam ipsi convenirent, » inventa est in utero habens; » tamquam si aperte diceret, eam ante nuptias non concepisse, neque prius quam ad virum accederet: sed postquam cum Iosepho coniugata fuit, atque apud eum diversari coepit, et ab omnibus coniux eius appellari; quum una habitarent, ac nuptiali consuetudine iam usuri viderentur, ipsa propemodum hora ante quam convenirent, inventam esse in utero habentem de sancto Spiritu. Atque haec percommode ob vitandam vulgi notitiam curata sunt. Nam si Mariae a parentibus nondum digressae, gravidae fieri contigisset; quia necesse erat rem palam famigerari, nempe quod ipsa haud ex

1) Epist. Ignatii ad Ephesios cap XIX, ubi videsis doctissimi Cotelerii adnotationem, apud quem Usserius verba haec eadem recitat ex Andrea hierosol. cretensi episcopo, nisi quod pro κραυγῆς scribitur ibi φρικτά, quae deterior lectio est, quia non opponitur vocabulo κραυγῆς.

2) De hac communi ss. patrum opinione Combefisius bibl. conc. T. I. p. 22. contra Suaresium et Raynaldum. Nicephorus quoque Callistus hist. I. 8. cum Eusebio consentit.

publice noto viro suo concepisset, protinus supplicium ex forma iuris subiisset: si minus, certe stupri macula non vacasset: neque enim ipsa sibi testis esse poterat, neque ad fidem faciendam eorum quae sibi acciderant erat idonea: nec quisquam sibi aut angeli visum persuaderi passus esset, aut illi narranti credidisset quae eidem a Gabrihele dicta fuerant: neque eam iam praegnantem domi suae Iosephus recepisset, quem iustitiae publicum testimonium ornabat. Bene igitur non apud ipsos parentes, sed apud Iosephum gravida facta est, ac maritali propemodum more: ante quam enim convenirent, ut scriptura testatur, in utero habens inventa est.

3. Cui porro inventa est, nisi Iosepho? Cur autem et quomodo res Iosepho comperta fuerit, scriptura docet dum ait, a sancto Spiritu patefactam esse Iosepho iusto homini; qui ob hanc ipsam iustitiam suam nil mirum est si a divino Spiritu adiutus, coniugis mox futurae conceptiones intellexit, atque a maritali congressu abstinuit. Ilico igitur re cognita territus voluit occulte dimittere Mariam: quae acciderant maiora existimans, quam ut ipse cum ea posthinc versaretur. Atque haec causa fuit, quamobrem iustus quum esset, haud aequum iudicavit eam diffamare: maluit autem occulte eandem dimittere. Profecto is, nisi sibi persuasisset, eam de sancto Spiritu concepisse; quum probe simul sciret eandem a se viro uterum non gerere; qui tandem fieri poterat, ut non, pro suae iustitiae munere, ante nuptias corruptam publice ediceret, atque ob id magistratibus idoneis iudicandam traderet ac diffamandam? Alioqui quomodo iustus esset, qui de re impia tegenda celandaque satageret? Certe Iosephum ita se gerentem, ab evangelista iustum appellari, non erat consentaneum. Sed enim quia ipse diviniorem virginis de sancto Spiritu conceptum novit; et quia eandem augustiorem existimavit, quam ut sibi diutius liceret cum illa habitare; recte idcirco evangelista dicit, a Iosepho captum esse consilium clam sponsam dimittendi neque diffamatam a se neque obiectam vulgi sermonibus. Bene igitur ab evangelista dici videtur, quod eam diffa-

τον δ' ἂν καὶ ἀνήρητο κατὰ τὸν νόμον *· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, αἰσχρᾶς δ' οὖν οὐκ ἂν ἠλευθέρωτο ὕβρεως· οὐ γὰρ δήπου μάρτυς αὐτὴ ἑαυτῆς καὶ τῶν περὶ αὐτῇ πεπραγμένων ἀξιοπιστος ἦν· οὐδ' ἂν ἐπείσθη τις ἢ ἀγγέλου ἐπιφάνειαν, καὶ τὰ πρὸς αὐτὴν εἰρημένα πρὸς τοῦ Γαβριὴλ αὐτῇ διηγουμένῃ, οὐδ' ἂν κύουσαν ἤδη προσήκατο εἰς τὸν ἑαυτοῦ εἶκον Ἰωσήφ, ἀνὴρ δίκαιος εἶναι μεμαρτυρημένος· διόπερ εἰκότως οὐ παρὰ τοῖς αὐτῆς γονεῦσιν, ἀλλ' ἤδη παρ' αὐτῷ γενομένη ἐγκύμων σὺν αὐτῷ γενομένη, παρ' αὐτὴν ὡς εἰπεῖν τὴν τοῦ γάμου τάξιν· πρὸ γὰρ τοῦ συνελθεῖν αὐτοὺς, ὡς ἡ γραφὴ μαρτυρεῖ, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα.

* Deut. XXII. 23.

γ'. Τίνι δ' ἄρα εὑρέθη, ἀλλ' ἢ τῷ Ἰωσήφ; πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον εὕρηται τοῦτο τῷ Ἰωσὴφ, ὁ λόγος διδάξει φᾶς, ἐκ πνεύματος ἁγίου γνωστὸν γέγονεν οὕτω καὶ τῷ Ἰωσήφ· δίκαιος γὰρ ἦν· δίκαιος δὲ τυγχάνων, οὐ θαυμαστὸν εἰ καὶ θείου πνεύματος ἠξίωτο πρὸς τὸ συνεῖναι μὲν τῆς μελλούσης γαμετῆς κύησιν, ἐπισχεῖν δὲ τὴν κατὰ ἄνδρα κοινωνίαν. Αὐτίκα συνεὶς καὶ καταπλαγεὶς ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν· μείζονα ἢ κατὰ τὴν σὺν αὐτῷ διατριβὴν τὰ πεπραγμένα εἶναι λογισάμενος· καὶ τοῦτο ἄρα ἦν τὸ αἴτιον, δι' ὃν δίκαιος, ὢν, οὐκ ἔκρινε μὲν δίκαιον εἶναι δειγματίσαι αὐτήν, ἐβουλήθη δὲ λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν· καὶ μὴν εἰ μὴ ἐξ ἁγίου πνεύματος πέπειστο αὐτὴν συνειληφέναι, ἀκριβῶς εἰδὼς ὅτι μὴ δὲ ἐξ αὐτοῦ τὸ κατὰ γαστρὸς ἔφερε, τί δῆτα δίκαιος ὢν ὁ ἀνὴρ, οὐκ εἰς πάντας ἐξάγων τὴν διαφθαρεῖσαν πρὸ γάμου τὴν ὥραν, τοῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν παρεδίδου θράσασαν δειγματίσαι; πῶς δὲ δίκαιος ὁ τὴν παράνομον πρᾶξιν ἐπισκιάζειν καὶ ἐπικρύπτειν προαιρούμενος; ἀλλ' οὐκ εἰκὸς τὸν εὐαγγελιστὴν δίκαιον αὐτὸν ἐπὶ τούτοις φάναι, ἀλλὰ γὰρ συναισθόμενον διὰ ἁγίου πνεύματος τὴν θειοτέραν τῆς παρθένου γεγονέναι κύησιν, καὶ κρείττονα τῆς σὺν αὐτῷ διατριβῆς ἡγησάμενον εἶναι τὴν οἰκονομίαν, εἰκότως φησὶν αὐτὸν διανενοῆσθαι λάθρα ἀπολῦσαι αὐτὴν μὴ δειγματισθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, μὴ δὲ τοῖς πολλοῖς φανερὰν γενομένην· εὖ γ' οὖν καὶ τὸ μὴ θέλων αὐτὴν δειγματίσαι εἰρῆσθαι δοκεῖ ὑπὸ τοῦ εὐαγγελιστοῦ· οὐ γὰρ ἔφησε μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἀλλὰ μὴ δειγματίσαι 1) θέλων·

1) En Eusebius diserte adfirmat lectionem δειγματίσαι, quam habet etiam antiquissimus omnium codex biblicus vaticanus, nec non palimpsestus dublinensis. Apûd Sabaterium consonant cod. cantabrig. *praepalare*, S. Augustinus *divulgare*, Vigilius taps. *detegere*.

πολλῆς οὔσης ἐν τούτοις διαφορᾶς· ὡς γὰρ οὐ ταυτὸν σημαίνει τὸ γράψαι καὶ προαγράψαι, καὶ τὸ λογίσασθαι καὶ προλογίσασθαι, καὶ ψηφίσαι καὶ παραψηφίσαι· οὕτως οὐδὲ τὸ δειγματίσαι καὶ παραδειγματίσαι· τὸ μὲν γὰρ παραδειγματίσαι, τὴν ἐπὶ κακῶς πράξαντι εἰς πάντας φανέρωσιν τὲ καὶ διαβολὴν ὑποβάλλει νοεῖν· τὸ δὲ δειγματίσαι, τὸ φανερὸν ἁπλῶς ποιῆσαι.

δ'. Ἐπειδὴ δὲ τούτου γενομένου, εἰ καὶ λάθρα αὐτὴν ἀπολελύκει, μεῖζον ἦν τὸ πρᾶγμα, ἢ κατὰ τὸ λαθεῖν τοὺς πολλοὺς, εἰκότως ἐπιζὰς ὄναρ ὁ ἄγγελος ἔφη τῷ Ἰωσήφ· « Ἰωσὴφ Ἰωσὴφ » υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ » τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ » πνεύματός ἐστιν ἁγίου. » Καὶ θέα γε ὡς πρῶτον υἱὸν Δαβὶδ ἀνακαλεῖ, ἀναπέμπων ἐπὶ τὸν προπάτορα, διὰ τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τοῖς πᾶσι προσδεκώμενον· ἐπεὶ διὰ τί μὴ υἱὸν αὐτὸν ἔφησεν Ἰακώβ; οὗτος γὰρ ἦν αὐτοῦ κατὰ σάρκα πατὴρ, ὡς μαρτυρεῖ ὁ εὐαγγελιστής· Ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ· νῦν δὲ παρεὶς τοῦ πατρὸς τὴν μνήμην, τοῦ πρωτοτόκους ὑπομιμνήσκει· μονονουχὶ σημαίνων ὡς ἄρα ὁ ἐπαγγελμένος τῷ Δαβὶδ, οὗτος ἦν ὁ παραδόξως ὁ μὴ ἐξ αὐτοῦ, ἐκ πνεύματος δὲ ἁγίου ὑπὸ τῆς Μαρίας κυούμενος· ἔπειτα δὲ αὐτῷ θαρσεῖν παρακελεύεται δι' ὃν εἶχεν φόβον· οὐχ' ὁ τυχὼν γὰρ φόβος ἦν αὐτῷ συναισθομένῳ μὴ ἐξ ἀνδρὸς κεκυηκέναι τὴν Μαρίαν· κἄπειτα αὐτὸν διδάσκει οὐχ' ὃ μὴ ἠγνόει, ἀλλὰ τοῦ καὶ πρότερον γιγνωσκομένου τὴν αἰτίαν· λέγει δ' οὖν· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου.

ε'. Τοιαύτη τις καὶ τοσαύτη γενέσθαι εἰκονομία ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν τὴν τῆς παρθένου κύησιν τοὺς ἀπίστους, ἐκ τῆς θείας ὑποφαίνεται μοι γραφῆς· καὶ γὰρ οὐκ ἂν ἐπιστεύθη ῥᾳδίως ὁ λόγος παρὰ τοῖς τοῦτο ἀκούουσιν, ἄνδρα τὲ αὐτὸν ἡμῖν ἐρρωσθαι τὸ σῶμα, καὶ κατ' οὐδὲν τὴν θνητὴν φύσιν παραλλάττοντα θεωμένοις· τί γάρ; εἰ καὶ μετὰ ταῦτα παραδόξοισιν καὶ τὰς ἐνθένδε εὐεργεσίας εἰς πολλοὺς ἐκτείνων ἐξέπληττε τοὺς ὁρῶντας, οὐχὶ δὲ καὶ Μωϋσῆς πολλὰ θαυματουργήσας, τῆς κοινῆς ὅμως γενέσεως οὐκ ἠμοίρει; Ἠλίας τὲ, καὶ Ἐλισσαῖος, καὶ ὁ καθεῖς τῶν προφητῶν; οὐδὲν οὖν πρὸς τὸ μὴ ἐξ ἀνδρὸς νομίζεσθαι τὸν Ἰησοῦν ἡ τῶν τερασίων ἔργων ἐπίδειξις αὐτῷ συνεβάλλετο· αὐτίκα οἱ κατ' αὐτὸν οὐδ' ἄλλό τι περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ φανταζόμενοι, καίπερ τὰ δρώμενα noluerit. Non enim ait « nolens eam in- » famare, sed diffamare; » quorum vocabulorum multa est differentia. Sicut enim non idem significat scribere et proscribere, putare et imputare, rogare et abrogare; sic neque diffamare et infamare: namque infamare facit ut cogitemus de publica hominis malefici patefactione ac delatione; diffamare autem patefaciendi tantummodo notionem habet.

4. Sed quia tamen fieri non poterat ut multos ea res lateret, etiamsi Mariam Iosephus clam deseruisset; commode angelus per somnium huic oblatus ait: « Ioseph Ioseph » fili Davidis, ne timeas accipere Mariam con- » iugem tuam: quod enim in ea natum est, » de Spiritu sancto est. » Et videsis ut a principio filium Davidis hunc appellat: scilicet eundem revocans ad progenitorem ope illius quem a Davidis genere omnes expectabant. Alioqui cur non eum Iacobi filium dixisset? Hic enim erat illius natura proximus pater, teste evangelista: « Matthanus autem genuit Ia- » cobum; Iacobus autem genuit Iosephum ». Nunc vero praetermissa patris mentione, progenitorem commemorat; propemodum significans, qui Davidi promissus fuerat, hunc esse quem prodigiose et sine ullo Iosephi officio, sed de Spiritu sancto Maria conceperat. Deinde eum iubet timorem, quo correptus erat, dimittere. Non enim in mediocri versabatur formidine, dum reputaret haud ex viro gravidam esse Mariam. Exin eundem docet non quod non ignorabat, sed praecogniti causam. Ait igitur: « quod in ea natum est, de Spiritu sancto est ».

5. Tale mihi tantumque agitatum consilium ex divinis litteris apparet, propter occultandum incredulis conceptum virginis. Neque enim facile crediturі erant, qui sermonem eiusmodi audirent de homine mira narrantem, quem aeque ac nos infirmo corpore naturaque haud dissimili praeditum viderent. Quid? etiamsi deinceps Iesus miracula edens, divinamque vim beneficam erga multos expromens perculit cernentium animos; nonne Moyses, qui multa mira fecit, tamen communis nativitatis particeps fuit? itemque Elias atque Elisaeus, atque prophetae singuli? Nihil igitur proderat prodigiorum editio, quominus Iesus crederetur viro genitus. Reapse homines illius aetatis, nihil insolitum de nativi-

tate eius suspicantes, quamquam eiusdem facta aspiciebant, ita colloquebantur: « unde huic » omnis sapientia haec et virtutes? nonne hic » est fabri filius? nonne mater eius dicitur » Maria? et fratres eius Iacobus et Iosephus » et Simon et Iudas? itemque sorores eius » nonne omnes apud nos sunt? » Rursus aliàs matre eius fratribusque extra concionem stantibus, cum eoque loqui volentibus, ait quidam: « en parens tua fratresque tui foris adsunt, teque visere cupiunt ». Nec mirum; siquidem etiam discipuli atque apostoli rogati ab eo quem se esse homines dicerent, responderunt: « aliis eum videri Iohannem, aliis Eliam, » aliis Hieremiam, aliis alium de prophe- » tis ». Rursusque rogati quem et ipsi se esse putarent, silebant cuncti, nihil dicere habentes: unusque Petrus ait, eum esse Christum Dei viventis filium. Quippe et huic uni, tamquam rei conscio, respondit Iesus: « bea- » tus es, Simon bar-Iona, quia caro et san- » guis non revelavit tibi, sed pater meus qui » in caelis est. » Testis item Maria, se cogitatu secreto apud se quae gesta fuerant continuisse. Ait itaque scriptura: « Maria autem » conservabat omnia verba haec conferens » in corde suo. »

6. Igitur demonstratum est, utiliter per id tempus conceptionem Iesu de sancto Spiritu apud vulgus fuisse celatam. Iosephus autem in parentis locum adsumptus est, ita ut merito tamquam pueri genitor in genealogia poneretur. Id nisi fiebat, nullo parente censeretur puer, cuius stemma ab illo non deduceretur: quae res in impietatem multos pertraxisset, si ob rei verae ignorantiam, de natalibus eius haud honeste sentirent. Utiliter itaque et fabri filius, et appellatorum filiorum frater habitus est. Et quidem ipse Deus Verbum haud se hominem esse negabat: immo discipulis praecipiebat, ne cui dicerent eum se esse, quem prophetae venturum cecinerant, unctum Dei: neque enim fidem plerique erant arrogaturi, qui eum humili indutum specie videbant. Sic in illa etiam montana transfiguratione rursum mandavit discipulis ut visum nemini dicerent, donec filius hominis a mortuis resurgeret. Pronum quippe erat ut multi de coactaneis ne id quidem sibi persuaderi paterentur. Quod si haec

μενα ὑπ' αὐτοῦ ὁρῶντες, ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους*· « πόθεν τούτῳ πᾶσα ἡ σοφία αὕτη καὶ αἱ δυνά- » μεις; οὐχ' οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐ- » χὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαρία; καὶ οἱ ἀδελ- » φοὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος καὶ Ἰωσὴφ καὶ Σίμων καὶ » Ἰούδας; καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ οὐχὶ πᾶσαι πρὸς » ἡμᾶς εἰσι; » Καὶ ἄλλοτε πάλιν τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν ἑστώτων ἔξω καὶ ζητούντων λαλῆσαι αὐτῷ, εἶπέ τις αὐτῷ*· « ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ » ἀδελφοί σου ἑστήκασιν ἔξω ἰδεῖν σε θέλοντες. » Καὶ τί θαυμαστὸν ὅτε καὶ οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι ἐρωτηθέντες « τίνα με, φησὶν, οἱ ἄνθρω- » ποι λέγουσιν; ἀπεριέναντο, ὡς ἄρα οἱ μὲν Ἰω- » άννην αὐτὸν εἶναι ἡγοῦνται, οἱ δὲ Ἠλίαν, οἱ » μὲν Ἱερεμίαν, οἱ δὲ ἕτερόν τινα τῶν προφη- » τῶν· » ἐρωτώμενοι δὲ τίνα ποτὲ καὶ αὐτοὶ δόξαν ἔχουσι περὶ αὐτοῦ; οἱ πάντες ἀπεσιώπησαν, ὡς οὐκ ἔχοντες εἰπεῖν, μόνου δὲ Πέτρου φήσαντος ὡς ἄρα αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· ἅτε μόνῳ αὐτῷ τοῦτο γνωσθέντι ἐπιφέρει λέγων*· « μακάριος εἶ Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι » σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ » πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ Μαρία βαθεῖ λογισμῷ παρ' ἑαυτῇ κατέχειν τὰ γεγενημένα· φησὶ γοῦν ἡ γραφή*· « ἡ δὲ » Μαρία πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα » συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. »

ς'. Οὐκοῦν ἀποδέδεικται ὅτι χρησίμως κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἡ μὲν ἐξ ἁγίου πνεύματος τοῦ Ἰησοῦ γένεσις παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀπεσιωπᾶτο, ὁ δὲ Ἰωσὴφ ἐν χώρᾳ πατρὸς παρελαμβάνετο· εἰκότως οὖν ὁ πατὴρ τοῦ παιδὸς ἐγενεαλογεῖτο· εἰ δὲ οὖν μὴ τοῦτο ἐγεγόνει, ἀπάτωρ ἂν ἐνομίσθη ὁ παῖς μὴ ἐκ πατρὸς γενεαλογούμενος· τοῦτο δὲ εἰς ἀσέβειαν ἤγαγεν ἂν τοὺς πολλούς, οἳ δι' ἄγνοιαν τῆς περὶ τὸ πρᾶγμα ἀληθείας ἐδυσφήμουν τὴν γένεσιν· χρησίμως οὖν καὶ τοῦ τέκτονος (υἱὸς) καὶ τῶν ὠνομασμένων τέκνων ἀδελφὸς ἐχρημάτιζεν· ἐπεὶ καὶ θεὸς λόγος ὢν, οὐκ ἀπηρνεῖτο ἑαυτὸν εἶναι ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ παρήγγελλε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν ὅτι αὐτὸς εἴη ὁ πάλαι προ πρὸς τῶν προφητῶν ἥξειν βούμενος ὁ χριστὸς τοῦ θεοῦ*· οὐ γὰρ ἂν εὐδὲ ἐπίστευσαν οἱ πολλοὶ τῶν τότε θεωμένων αὐτὸν εὐτελὲς σχῆμα περιβεβλημένον· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐν τῷ ὄρει μεταμορφώσεως ἐνετείλατο πάλιν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς λέγων*· μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα, ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναςῇ· εἰκὸς γὰρ μὴ δὲ τοῦτο πιστεῦσαι τῶν τότε τοὺς πολλούς· εἰ δὲ ταῦ-

* Matth. XIII. 5.

* Matth. XII. 47.

* Matth. XVI. 13.

* Matth. XVI. 17.

* Luc. II. 51.

* Matth. XVI. 20.

* Matth. XVII. 9.

τα μὴ εἰς φανερὸν ἥκειν ἔκρινεν, ἢ που γε τὰ τῆς ἐκ παρθένου γενέσεως ἀποσιωπᾶσθαι τὸ τηνικαῦτα παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐχρῆν, εἰς ἐπιτήδειον καιρὸν τῆς περὶ αὐτοῦ ἀληθείας ἀναφανησόμενα· οὗτος δὲ ἦν ὁ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως, τῆς τε εἰς πάντα τὸν κόσμον ὡς ἂν περὶ λόγου θεοῦ διαδραμούσης περὶ αὐτοῦ φήμης· ὅ τε τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως, καθ' ὃν καὶ αἱ θεῖαι αὐτοῦ φωναὶ τέλος ἐλάμβανον, τὰ τῶν προγνώσεων αὐτοῦ καὶ προρρήσεων διὰ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως ἐναργῶς πιστούμεναι.

ζ'. Τοῖς γοῦν καθ' ἡμᾶς ταῦτα παραδεξαμένοις καὶ τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτοῦ φύσιν ἐπεγνωκόσιν, εἰκότως τά τε λοιπὰ καὶ τὰ τῆς γενέσεως πιστὰ εἶναι ὁμολογεῖται· πλὴν ἀλλ' οἱ θαυμάσιοι εὐαγγελισταὶ ἀναγκαίως τότε παρὰ Ἰουδαίοις τὸν Ἰωσὴφ ἐγεναλόγουν αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν παρὰ πᾶσι βεώμενον τοῦ Ἰησοῦ πατέρα· εἰ γὰρ τοῦτο παρελθόντες, μητρόθεν αὐτὸν ἐγενεαλόγουν, πρὸς τῷ καὶ ἀπρεπὲς εἶναι τοῦτο, καὶ τῆς τῶν θείων γραφῶν εὐηθείας ἀλλότριον, ὅτι μηδεὶς τὸ πρότερον ἐκ γυναικὸς γενεαλογηθεὶς ἱστορεῖται, ἔδοξεν ἂν ἀπάτωρ τις εἶναι καὶ δυσγενὴς ὁ γενεαλογούμενος· τοῦτο δὲ ὡς ἔφην οὐ μικρᾶς ἦν δυσφημίας ὁμοῦ καὶ κατηγορίας· διὸ χρησίμως τὸν Ἰωσὴφ ἀπὸ Δαβὶδ διὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν γενεαλογοῦντες, ἐν ταυτῷ καὶ τὴν Μαριὰμ ἐκ Δαβὶδ γεγονέναι συνίστων, διὰ τοῦ μνηστῆρος τὸ τῆς γαμετῆς ὑποφαίνοντες γένος· νόμου γὰρ Μωϋσέως διαγορεύοντος μὴ ἄλλοθεν ἐξεῖναι πρὸς γάμον λαμβάνειν, ἢ ἐκ τοῦ γένους τοῦ οἰκείου καὶ τῆς ἰδίας φυλῆς, ὡς ἂν μὴ περιστρέφοιτο τοῦ γένους ὁ κλῆρος ἀπὸ φυλῆς εἰς φυλήν, αὐτάρκης ἦν ἡ περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀναγραφὴ καὶ τὴν γυναῖκα δηλῶσαι· νομικῶς γὰρ βιοὺς οὐδ' ἄλλοθεν ἐμνᾶτο τὴν γυναῖκα, ἢ πρῶτα μὲν ἐκ τῆς φυλῆς τῆς πατρικῆς αὐτοῦ, αὕτη δὲ ἦν ἡ τοῦ Ἰούδα· ἔπειτα ἐκ τοῦ δήμου καὶ τῆς αὐτῆς πατριᾶς, αὕτη δὲ ἦν ἡ τοῦ Δαβὶδ· τοιαῦτα γὰρ ἦν τὰ τοῦ νόμου παρεγγέλματα· ὅτε τεύνυν ὁ Ἰωσὴφ φυλῆς γεγονὼς ἀποδείκνυται Ἰούδα, κλήρου τε καὶ πατριᾶς Δαβὶδ, πῶς οὐχ' ἕπεται καὶ τῇ Μαρίᾳ ἐκ τῶν αὐτῶν ὁρᾶσθαι;

η'. Εἰ δὲ λέγοιτο ὑπάρχειν συγγενὴς τῆς Ἐλισάβετ, αὐτῆς μὲν οὔσης ἐκ φυλῆς Ἰούδα, τῆς τε Ἐλισάβετ ἐκ τῆς τοῦ Λευὶ, μὴ θαυμάσῃς· πᾶν γὰρ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἑνὸς ἦν γε-

non putavit vulganda, multo magis oportuit natalia de virgine tunc in populo reticeri: quae commodo deinde tempore omnem de eo veritatem erant ostensura. Tempus autem commodum futurum erat, cum ipse a mortuis resurgeret, et cum in caelum adsumeretur, et cum orbem terrarum fama eius tamquam Dei Verbi pervaderet; cum denique gentes vocarentur, ac divina illius oracula exitum nanciscerentur, rerum scilicet eventu praesagiis eiusdem ac praedictionibus fidem perspicuam adiiciente.

7. Atque apud nostrae quidem aetatis homines, qui rerum fidem a maioribus acceperunt, quique Christi conditionem plus quam mortalem fuisse sciunt, reliqua quoque merito in confesso sunt, nedum nativitatis mysterium: verumtamen inclyti evangelistae necessario tunc Iosephum in genealogia posuerunt, qui videlicet ab omnibus Iesu parens appellabatur. Quod si hac ratione neglecta, a matre genus eius ordinavissent; praeter quam quod id indecorum erat, et divinarum scripturarum simplicitate alienum, quia neminis antea per matrem genus descriptum fertur; is cuius genealogia texebatur, incerto patre nescio quis terraeque filius visus esset. Id autem, ut dixi, haud mediocri ignominiae et criminationi obnoxium erat. Commode igitur dum Iosephum praedictam ob causam a Davidis stirpe derivant, Mariam simul Davide oriundam comprobant, genere coniugis per sponsum demonstrato. Moysis quippe lege edicente, ut ne aliunde liceret nuptias sibi conciliare quam ex genere proprio suaque tribu; ne videlicet generis hereditas ex una in aliam tribum commoveretur; satis erat viri descriptio ad coniugem demonstrandam: nam qui ad legis normam viveret, haud aliam sibi uxorem copulavisset, nisi quae primum esset ex eius patria tribu, Iudae videlicet; deinde ex eadem gente familiaque, nempe Davidis. Illatenus enim lex iubebat. Si Iosephus igitur de Iudae tribu deque Davidis gente et familia fuisse demonstratur, cur non sequitur ut Maria ex iisdem originibus prodire videatur?

8. Quod si eadem dicitur Elisabetae cognata; quum tamen illa de tribu Iudae, Elisabeta de levitica fuerit; ne mireris: universa quippe Iudaeorum gens uno genere censeba-

tur, cunctaeque tribus invicem cognatae erant. Hinc etiam divus apostolus Iudaeos omnes appellat cognatos suos, dum ait: « optabam ego » anathema esse pro fratribus meis, qui mihi » secundum carneam naturam cognati sunt, » Israhelitis. » Atqui cognati eius soli revera erant Beniamitae: et tamen omnes Israhelitas fratrum nominibus et cognatorum Paulus indigitat. Sic ergo angelus Elisabetam dixit Mariae cognatam, propterea quod ambae israhelitides essent. Insuper ex ipso loco satis decuit Elisabetam appellari Mariae cognatam, quia nimirum habitabat in Iudae tribu, unde genus traxit Maria. Rei testis Lucas, qui ait: « exsurgens autem his diebus Maria abiit in » montana cum festinatione, in urbem Iudae, » et ingressa est domum Zachariae, ac salutavit Elisabetam. » Etenim quum lex mosaica sacerdotali tribui possessiones non adsignavisset, quia dominus Deus pars eius est, mandavisset autem ut inter ceteras tribus incoleret; cumque Zacharias et Elisabeta quadam in urbe tribus Iudae habitarent, unde oriunda erat Maria; par fuit eas ob hanc causam cognatas appellari: neque id rursus immerito propter morum similitudinem, quorum gratia utraque mulier mysterio salutis digna fuit; et altera quidem Servatorem, altera Servatoris praecursorem sinibus suis receperunt, unius videlicet eiusdemque sancti Spiritus gratia potitae. Atque hoc vel maxime nomine secundum Deum cognatae fuerunt. Haec praesentis dubitationis solutio est.

9. Quod si autem caput mulieris vir est, de apostoli divi sententia, duoque sunt in carne una ex mosaicae legis regula; et si nupta viro, quae flagitium admiserit, adulterii poenam ob id ipsum subit; ceu quae iam sponsi corpus facta erat, sibique caput imposuerat virum; cur si capitis genealogia scribatur, corpus cum capite connumerari non sit consectaneum? Quamobrem Maria Iosepho iam nupta, merito in eius genealogia intelligenda est; quum praesertim perspicue demonstratum sit non solum ex eius tribu fuisse, verum etiam gente et familia. Praeter quam quod etiam Gabrihel in illo cum Maria colloquio vaticinans inter

νους, αἵ τε φυλαὶ πᾶσαι ἀλλήλων συγγενεῖς· ἔνθεν καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος συγγενεῖς αὐτοῦ πάντας ὀνομάζει Ἰουδαίους, λέγων * « ηὐχόμην * Rom. IX. 13.
» γὰρ ἀνάθημα εἶναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου » τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα εἵτινες εἰσὶν » Ἰσραηλῖται· » καί τοι συγγενεῖς αὐτοῦ ἐτύγχανον μόνοι οἱ ἐκ φυλῆς Βενιαμίν· οὐκοῦν πάντας ἁπλῶς τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ἀδελφοὺς καὶ συγγενεῖς ἑαυτοῦ προσεῖπεν ὁ Παῦλος· οὕτω δ' οὖν καὶ τὴν Ἐλισάβετ συγγενίδα προσεῖπεν ὁ ἄγγελος τῇ Μαριάμ, διὰ τὸ ἄμφω ἰσραηλίτιδας εἶναι· καὶ ἄλλως δὲ εἰκὸς ἀπὸ τοσοῦτου συγγενίδα τῆς Μαρίας κεκλῆσθαι τὴν Ἐλισάβετ, διὰ τὸ οἰκεῖν ἐπὶ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἀφ' ἧς ὥρμᾶτο ἡ Μαρία· μαρτυρεῖ γοῦν ὁ Λουκᾶς λέγων· « ἀνα-
» ςᾶσα δὲ Μαριὰμ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, » ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς εἰς » πόλιν Ἰούδα, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον » Ζαχαρίου καὶ ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβετ· » τοῦ γὰρ Μωϋσέως νόμου μὴ ἀφορίσαντος τῇ τῶν ἱερέων φυλῇ κλῆρον, ὅτι κύριος ὁ Θεὸς μερὶς αὐτῶν, διαταξαμένου δὲ μεταξὺ τῶν λοιπῶν φυλῶν οἰκεῖν αὐτοὺς, τοῦ τε Ζαχαρίου καὶ τῆς Ἐλισάβετ πόλιν φυλῆς Ἰούδα κατοικησάντων, ἀφ' ἧς ὥρμᾶτο Μαρία, εἰκὸς καὶ ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας συγγενεῖς αὐτὰς ἀνειρῆσθαι· οὐκ ἀπεικὸς δὲ καὶ τῆς ὁμοιοτροπίας χάριν, δι' ἧς ἄμφω τῆς σωτηρίου οἰκονομίας ἠξιώθησαν, ἡ μὲν τὸν σωτῆρα, ἡ δὲ τὸν πρόδρομον τοῦ σωτῆρος ὑποδεξάμεναι, ἑνός τε καὶ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου πνεύματος μετασχοῦσαι· διὸ καὶ μάλιστα μιᾶς τῆς κατὰ Θεὸν συγγενείας μετεῖχον 1). Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὕτως ἀπολυτέον.

Θ'. Εἰ δὲ κεφαλὴ τῆς γυναικὸς τυγχάνει ὁ ὁ ὢν ἀνὴρ κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον *, καὶ ἔσον- * Ephes. V. 23.
ται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον *, ἥ τε μεμνησευμένη ἀνδρὶ διαμαρτοῦσα * Gen. II. 24.
μοιχείας κατὰ τὸ αὐτὸ τιμωρίαν ὑπομένει, ὡς ἤδη τοῦ μνηστῆρος σῶμα γενομένη καὶ κεφαλὴν ἐπιγραψαμένη τὸν ἄνδρα, πῶς οὐχὶ τῆς κεφαλῆς γενεαλογουμένης, ἕσεται καὶ τὸ σῶμα τῇ κεφαλῇ συναριθμεῖσθαι; ὥστε καὶ τὴν Μαρίαν ἤδη συνημμένην τῷ Ἰωσὴφ, εἰκότως συναντιλαμβάνεσθαι τῆς γενεαλογίας ὅτε μάλιστα τῆς αὐτῆς αὐτῷ φυλῆς οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ δήμου καὶ πατριᾶς ἀποδέδεικται γενομένη· καὶ ἄλλως δὲ ἐν τῷ πρὸς αὐτὴν χρηματισμῷ θεσπίζων ὁ

1) Quaestio haec de cognatione Mariae matris Domini cum Elisabeta, extat sub eiusdem Eusebii nomine, vix paucis verbis variatis, praeter codicem vat. palatinum epitomae, etiam in catenis vaticanis Nicetae cod. A. f. 22, et Macarii cod. E. f. 50. Sequens tamen quinque verborum clausula nonnisi in codice A. legitur.

Γαβριὴλ μετὰ τῶν ἄλλων εἴρηκε « καὶ δώσει » αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς » αὐτοῦ· » σαφῶς διδάσκων ὅτι τοῦ ἐξ αὐτῆς γεννησομένου πρωτάτωρ ἦν ὁ Δαβίδ· πῶς γὰρ ἄλλως εἰκὸς ἦν ταῦτα τῇ παρθένῳ φάναι τὸν ἄγγελον, ἢ συνομολογοῦντα ἐκ τοῦ Δαβὶδ εἶναι; οὐ γὰρ ἂν μὴ ἐκ Δαβὶδ τυγχανούσῃ εἰρήκει τὸ δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· ποίου γὰρ πατρὸς εἰκότως ἂν ἤρετο ἡ παρθένος; ὁμολογοῦσα μὲν ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκει, μαθοῦσα δὲ ὅτι ἐκ πνεύματος ἁγίου συλλήψεται, εἰ μὴ ὅτι σαφὴς ἦν ὁ λόγος πρὸς θυγατέρα Δαβὶδ λεγόμενος· ἔνθεν εἰκότως φησὶν ὁ Λουκᾶς· « ἀνέβη δὲ καὶ » Ἰωσὴφ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ἐκ πόλεως Να» ζαρὲθ εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπογράψασθαι εἰς » πόλιν Δαβὶδ ἥτις καλεῖται Βηθλεὲμ, διὰ τὸ » εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ σὺν » Μαρίᾳ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ οὔσῃ ἐγ» κύῳ. » Οὐκέτι γὰρ ἀμφιβόλως ἀναγνωσόμεθα τὴν παροῦσαν λέξιν ὡς τῆς Μαρίας ἀπογράψασθαι μόνης συνελθούσης, ἀλλ' ὡς καὶ αὐτῆς σὺν τῷ Ἰωσὴφ ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ ὑπαρχούσης, τὰς ἀποδείξεις ἔχοντες τῆς τοιαύτης ἑρμηνείας τοῦ λόγου ἐκ τῶν προαποδεδομένων. Δεδεῖχθαι τοίνυν σαφῶς ἡγοῦμαι ὅτι μὴ μάτην ὁ Ἰωσὴφ ἐγενεαλογεῖτο παρὰ τοῖς θαυμασίοις τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλοις, καὶ ὅπως ἡ Μαρία ἐκ σπέρματος οὖσα τοῦ Δαβὶδ συνίσταται, ὅ τε ἐξ αὐτῆς γεγεννημένος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ.

II. Διὰ τί ὁ μὲν ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἀρξάμενος κατάγει τὴν γενεαλογίαν· ὁ δὲ κάτωθεν ἄνεισι, κοὐκ ἐπὶ τὸν Ἀβραὰμ ἵσταται, ἀλλ' ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ τὸν Θεόν.

α'. Τὸ δεύτερον τῶν ὑπὸ σοῦ πρωταθέντων τοῦτο ἦν· ὁ μὲν Ματθαῖος ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ καταγει τὴν γενεαλογίαν, ὁ δὲ Λουκᾶς τὴν ἐναντίαν τούτου βαδίσας ἤρξατο μὲν ἀπὸ τοῦ Ἰωσὴφ, ἀνάγει δὲ ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ τὸν Θεόν· δέον, εἴγε σύμφωνα καὶ συνῳδὰ ἀλλήλοις ἔγραφον, ἢ τὸν Λουκᾶν ἀνιόντα μέχρι τοῦ Ἀβραὰμ στῆναι, ἢ τὸν Ματθαῖον μὴ ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ, εἰς ὃν κατέληξεν ὁ Λουκᾶς, ἀπάρξασθαι τῆς γενεαλογίας.—Ῥᾴδια δὲ καὶ τούτων ἡ λύσις, καὶ οὐδὲ πολλῆς κατασκευῆς δεομένη, μίαν ἀμφοτέροις ὁδὸν πορευcetera ait: « dabit illi Deus sedem Davidis » patris eius »: aperte docens, eius qui ex ipsa nasciturus erat, Davidem esse progenitorem. Alioquin qui decuisset haec ab angelo dici apud virginem, nisi eandem de Davidis genere esse confiteretur? Neque sane feminae alienae a Davidis stirpe dictum fuisset: « da» bit illi Deus sedem Davidis patris eius. » Quem enim narras patrem, virgo respondisset (quae quidem fatebatur se virum nescire, intellexerat autem fore ut de Spiritu sancto conciperet); nisi omnino is sermo apud Davidis filiam fieret? Hinc apte Lucas ait: « ascendit autem Iosephus de Galilaea ex urbe » Nazareth in Iudaeam, ut nomen suum pro» fiteretur in urbe Davidis, cui nomen Beth» leem, propterea quod esset de domo fa» miliaque Davidis cum Maria desponsata sibi » praegnante. » Haud ergo ulterius cum perplexitate legemus hunc evangelii locum, ceu si Maria ad profitendum tantummodo nomen venisset; sed ipsam quoque putabimus, haud secus quam Iosephum, de domo familiaque Davidis esse: quam scripturam ut ita interpretemur, argumentis iis utimur quae hactenus protulimus. Ergo perspicue, ut opinor, demonstratum est, haud temere Iosephi genealogiam ab inclytis apostolis fuisse narratam, et Mariam de genere Davidis vere derivari, itemque eum, qui ex ipsa natus est, Iesum Dei unctum.

II. Cur alter evangelista superne ab Abrahamo exorsus deducat genealogiam; alter autem inferne subgrediatur; neque in Abrahamo sistat, sed ad Adamum ac Deum usque deveniat.

1. Quaestionum a te propositarum secunda haec fuit. Genealogiam Matthaeus ex Abrahamo derivat; Lucas autem contrariam huic viam insistens incipit abs Iosepho, tenditque ad Adamum ac Deum. Atqui oportebat, si quidem hi consona invicem et consentanea scribebant, vel Lucam adscendentem in Abrahamo consistere; vel Matthaeum haud ex Abrahamo genealogiam ordiri, sed ex Adamo in quem Lucas desivit.—Facilis est huius quoque quaestionis explicatio, neque multo sermonis artificio indiget: uterque enim evangelista una

via graditur. Nam et illos qui prorsum sursumque ascendunt, itemque illos qui adversum eâdem via descendunt, haud quisquam diceret diverso tramite incedere: quia scilicet una ab utrisque, id est ab ascendentibus descendentibusque, via teritur. Eadem igitur ratio est in generis successionibus. Atque hic mos antiquitus Hebraeis placuit, et in divinis scripturis sollemnis est. Ecce enim in Ruthae quidem libro genus Davidis superne a Iuda evolvitur sic: « hae sunt generationes Phares; » (hic erat Iudae patriarchae filius.) Phares » genuit Esronem; Esron genuit Aramum; » Aramus genuit Aminadabum; Aminadabus » genuit Nassonem; Nasson genuit Salmonem; » Salmon genuit Boozum; Boozus genuit Obe» dum; Obedus genuit Iessaeum; Iessaeus » genuit Davidem. » Hanc igitur Matthaeus quoque genealogiae scribendae rationem sectatus est.

2. At primus regum liber, qui Ruthae historiam subsequitur, inferne ascendit, ut fit apud Lucam. Quippe Helcanae, qui pater fuit Samuhelis, genus recensens, ait: « fuit vir ex Ar» mathem Suphir de monte Ephraimi; nomen » eius Helcana, filius Hieremielis, filii Eliae, » filii Thoi, filii Suri, ephrataeus. » Sed et in paralipomenis modo a superioribus ad posteros fluit sermo, ut fit apud Matthaeum, modo aeque ac apud Lucam prosapiae scribuntur. Audi ergo et haec: « Davidis, inquit praedictus » liber, filius erat Salomon; huius filius Rho» boamus; huius filius Abia; huius filius Osa; » huius filius Iosaphatus; huius filius Ioramus; » huius filius Ochozias; huius filius Ioasus; » huius filius Amasias. » Atque ita ex ordine descendit usque ad Iechoniam atque ad babylonicam captivitatem, non secus atque Matthaeus. Contra, uti Lucas, eadem rursus ascendit scriptura dum Samuhelis genus enarrat. Ait enim: « Samuhelis filii Helcanae, filii » Hieroboami, filii Helihelis, filii Thoi, filii » Suri, filii Helcanae, filii Iohelis, filii Aza» riae, filii Sophoniae, filii Thaari, filii Asi» ri, filii Abiasaris, filii Corae, filii Issaari, » filii Caathi, filii Levini, filii Israhelis. » Porro vides ut plane hunc morem Lucas imitetur. Sexcenta eiusmodi exempla ipsemet in-

Θεῖσιν· ἐπεὶ καὶ τοὺς ἀνάντη καὶ ὄρθιον πορείαν ἀνιόντας, καὶ τοὺς ἔμπαλιν διὰ τῆς αὐτῆς κατιόντας, οὐκ ἄν τις ἑτέραν φαίη βαδίζειν, μιᾶς ἀμφοτέρους ἐγκειμένης, τοῖς τε ἀνιοῦσι καὶ τοῖς κατιοῦσι, τρίβου· τὸν αὐτὸν γοῦν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς τῶν γενῶν διαδοχῆς πάρεστιν· οὗτος δὲ τῶρρωθεν Ἑβραίοις φίλος ἦν ὁ τρόπος, καὶ τῶν θείων συνήθης γραφῶν· αὐτίκα γοῦν ἐν μὲν τῇ βίβλῳ τῆς Ῥοὺθ Δαβὶδ ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ Ἰούδα γενεαλογεῖται διὰ τούτων 1)· « Καὶ * αὗται αἱ γενέσεις Φαρές· (ὁ δὲ ἦν Ἰούδα * Ruth. IV. 18
» τοῦ ἀρχιφύλου παῖς·) Φαρὲς ἐγέννησε τὸν Ἐσ» ρώμ· καὶ Ἐσρὼμ ἐγέννησε τὸν Ἀράμ· καὶ » Ἀρὰμ ἐγέννησε τὸν Ἀμιναδάβ· καὶ Ἀμιναδὰβ » ἐγέννησε τὸν Ναασσών· καὶ Ναασσὼν ἐγέν» νησε τὸν Σαλμών· καὶ Σαλμὼν ἐγέννησε τὸν » Βοάζ· καὶ Βοὰζ ἐγέννησε τὸν Ὠβήδ· καὶ Ὠβὴδ » ἐγέννησε τὸν Ἰεσσαί· καὶ Ἰεσσαὶ ἐγέννησε τὸν » Δαβίδ. » Τοῦτον δ' οὖν αὐτὸν τέθειται καὶ ὁ Ματθαῖος τὸν τρόπον 2).

β. Ἡ δέ γε πρώτη τῶν βασιλειῶν ἑξῆς διαδεξαμένη τῆς Ῥοὺθ τὴν γραφήν, ἀπὸ τῶν κάτωθεν ἄνεισιν, ὥσπερ οὖν πεποίηκεν ὁ Λουκᾶς· τὸν γοῦν πατέρα τοῦ Σαμουὴλ τὸν Ἑλκανᾶ γενεαλογοῦσα ὧδε φησί *. « Καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος ἐξ * I. Reg. I. 1
» Ἀρμαθαὶμ Σουφὶρ ἐξ ὄρους Ἐφραίμ· καὶ » ὄνομα αὐτῷ Ἑλκανᾶ, υἱὸς Ἱερεμιὴλ, υἱοῦ » Ἐλίου, υἱοῦ Θοεῦ, υἱοῦ Σοῦρ, ἐφραταῖος. » Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς παραλειπομένοις 3) ποτὲ μὲν ἀπὸ τῶν πρώτων ἐπὶ τοὺς δευτέρους καθεξῆς πρόεισιν ὁ λόγος, τῇ τοῦ Ματθαίου γραφῇ παραπλησίως, ποτὲ δὲ ἐμφερῶς τῷ Λουκᾷ γενεαλογεῖ· ἄκουσον γοῦν καὶ τῶνδε *· « Δαβὶδ, φησὶν, * I. Par. III. 10.
» ἦν υἱὸς Σολομών, υἱὸς Σολομὼν Ῥοβοὰμ, » Ἀβιὰ υἱὸς αὐτοῦ, Ἀσὰ υἱὸς αὐτοῦ, Ἰωσα» φὰτ υἱὸς αὐτοῦ, Ἰωρὰμ υἱὸς αὐτοῦ, Ὀχοζίας » υἱὸς αὐτοῦ, Ἰωὰς υἱὸς αὐτοῦ, Ἀμασίας υἱὸς αὐτοῦ· » καὶ οὕτως καθεξῆς κάτεισι μέχρι τοῦ Ἰεχονίου καὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας, ὡς ὁ Ματθαῖος. Ὡς δὲ ὁ Λουκᾶς, ἡ αὐτὴ πάλιν ἄνεισι γραφὴ τὸν Σαμουὴλ γενεαλογοῦσα· φησὶ γοῦν *· « Σαμουὴλ υἱοῦ Ἑλκανᾶ, υἱοῦ Ἱεριβοὰμ 4), * I. Par. VI. 34.
» υἱοῦ Ἠλιὴλ, υἱοῦ Θοοῦ, υἱοῦ Σουρ *, υἱοῦ * Edit. Σουφ.
» Ἑλκανᾶ, υἱοῦ Ἰωὴλ, υἱοῦ Ἀζαρίου, υἱοῦ Σο» φονίου, υἱοῦ Θαὰρ, υἱοῦ Ἀσεὶρ *, υἱοῦ Ἀβιά- * cod. A. Ἀσήρ.
» σαρ, υἱοῦ Κορὲ, υἱοῦ Ἰσσαὰρ, υἱοῦ Καὰθ, » υἱοῦ Λευὶ, υἱοῦ Ἰσραήλ· » καὶ ὅρα εἰ μὴ ἄντικρυς τὸν ὅμοιον τούτοις μεμίμηται τρόπον ὁ Λευ-

1) Cod. A. f 63. habet οὕτως pro διὰ τούτων. — 2) Cod. A. τοῦτον δὴ οὖν τὸν τρόπον καὶ ὁ Ματθαῖος ἐποίησεν.
3) Tam in epitome quam in cod. A. ἐν ταῖς παραλειπομέναις. — 4) Cod. A. Ἱερμιὴλ, et mox Ἐλίου

κᾶς· μυρία δ' ἂν καὶ αὐτὸς εὕροις τοιαῦτα· ἀφ' ὧν λείπεται ὁμολογεῖν, μηδὲν ξενίζον πεποιηκέναι τοὺς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εὐαγγελιστάς· οὐκ ὀρθῶς γὰρ οἴεταί τις αὐτοὺς διαφωνεῖν· ἑκάτερος γὰρ οἰκείῳ λογισμῷ τὴν ἔκθεσιν πεποίηται τῆς γραφῆς, ὁ μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἀρξάμενος διὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ παρ' αὐτῷ λόγου, ὃν οὐ καιρὸς νῦν ἑρμηνεύειν· ὁ δὲ καὶ τὸν Ἀβραὰμ ὑπερβὰς, ἐπί τε τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἀνελθών· καὶ μηδὲ μέχρι τούτου στὰς, τὸν πάντα δὲ λόγον ἐπὶ τὸν θεὸν ἀναρτήσας, διὰ τῆς ἐν Χριστῷ παλιγγενεσίας μυστήριον ἀναβιβάζει.

III. Πῶς ὁ μὲν Ματθαῖος ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ καὶ Σολομῶνος διαδοχων ἐπὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰωσὴφ τὰ γένη κατάγει· ὁ δὲ Λουκᾶς ἀπὸ Δαβὶδ καὶ Νάθαν παιδῶν ἐπὶ Ἡλὶ καὶ Ἰωσὴφ, ἐναντίως γενεαλογῶν τῷ Ματθαίῳ.

α'. Τὸ τρίτον τῶν προταθέντων καιρὸς ἐπισκήψασθαι· ἀτενὲς οὖν ταῖς λέξεσιν αὐταῖς ἐπερείσομεν τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν· ἴδωμεν δὲ τί φησιν ὁ ὁ Λουκᾶς· « καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἦν ἀρχόμενος » ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, ὢν υἱὸς ὡς ἐνομίζετο » τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλί, τοῦ Μελχί. » Ἀλλ' οὐχ' ὅ γε Ματθαῖος ἐχρήσατο τῇ ὡς ἐνομίζετο φωνῇ· ἀλλὰ τί φησί; Ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ, Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ· ἄλλο δὲ δήπου ἐστὶ τὸ νομίζειν, καὶ ἄλλο τὸ οὕτως ἔχειν διαβεβαιοῦσθαι· εἰ μὲν δὴ τοῦ Ματθαίου διαβεβαιωσαμένου τὸν Ἰωσὴφ υἱὸν εἶναι Ἰακὼβ καὶ τοῦ Ματθὰν, ὁ Λουκᾶς ὁμοίως διϊσχυρίσατο τὸν Ἰωσὴφ γεγονέναι υἱὸν τοῦ Ἡλὶ καὶ τοῦ Μελχὶ, ἀληθῶς μάχη τις ἦν καὶ πόλεμος, καὶ ἦν τῶν διαιτησόντων αὐτοῖς χρεία· νῦν δὲ ὅτε τοῦ Ματθαίου διαβεβαιωσαμένου, ὁ Λουκᾶς εὐ διατείνεται, δόξαν δὲ παρὰ τοῖς πολλοῖς νενομισμένην τίθησιν, οὐ τὴν παρ' αὐτῷ κρατοῦσαν, εἶμαι μηδερίαν ὑπολείπεσθαι ζήτησιν.

» σεν ὁ φυλάσσων αὐτήν· » ἐν εὐθηνίᾳ οὖν τῶν παρὰ τῷ Θεῷ ἀγαθῶν γενόμενος, καὶ ἐπὶ μέγα
» τροκόψας ἀρετῆς, ἐτόλμησε φάναι, οὐ μὴ σα-
λευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα· διὸ καὶ παραχρῆμα καταλείπεται ὑπὸ τοῦ συνεργοῦντος αὐτῷ τὰ ἀγαθὰ κυρίου, συμπλέκεται δὲ αὐτῷ πνεῦμα ἀλλότριον·
[b] Ps. XXIX. 7. λέγει δ' οὖν ἐν τῷ αὐτῷ ψαλμῷ* · « ἐγὼ δὲ εἶπα
» ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν
» αἰῶνα· σὺ δὲ ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου,
» καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος· κύριε ἐν τῷ θελή-
» ματί σου παράσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν· »
διδάσκων ὅτι πρότερον εἰπὼν οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα, μετὰ ταῦτα ἀποστρέψαντος τοῦ θεοῦ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ διὰ τὴν μεγαλορήμονα φωνήν, ὁμολογεῖ τεταράχθαι· εἶτ' ὠφεληθεὶς ἐπὶ τούτοις, τὰ πάλαι ἑαυτοῦ κατορθώματα, οὐκέτι ἑαυτῷ,
[c] Ps. XXIX. 8. τῷ θεῷ δὲ προσγράφει λέγων· * « κύριε ἐν τῷ θελή-
» ματί σου παρέσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν· »
ὅτε γάρ, φησιν, ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος, τότε ἔγνων ὅτι καὶ πάλαι πρότερον τῷ σῷ θελήματι παρέσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν· εἰ γὰρ ἦν τι κάλλος ὑπάρχον περὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν πρὸ τῆς ἁμαρτίας, τοῦτο αὐτὸ ἐκ σῆς χάριτος καὶ δωρεᾶς μοι προσῆν· ταῦτα δὲ μετὰ τὴν συναίσθησιν τῆς ἑαυτοῦ ἀσθενείας ὁμολογεῖ.

γ'. Πλὴν ἐν τῷ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν Νάθαν τὸν προφήτην ἡνίκα εἰσῆλθε πρὸς Βηρσαβεέ, καὶ τὴν ἐν τῷ πεντηκοστῷ ψαλμῷ εὐχὴν ἀναπέμπει λέγων· σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα· λέγων δὲ σοὶ μόνῳ ἥμαρτον,

mi elatio et talis elocutio, qua significabat numquam se fore commovendum, sed firmum inlibatumque mansurum in abundantia sua, arrogans erat atque superba; neque similis huic: « nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt qui aedificant » eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, » frustra vigilavit qui custodit eam. » Itaque divinis beneficiis affluens, magnisque virtutibus auctus, ausus erat dicere « non mo- » vebor in aeternum. » Quare et protinus destitutus fuit ab auctore bonorum eius Domino, adhaesitque illi spiritus alienus. Ait ergo in eodem psalmo: « ego dixi in abun- » dantia mea, non movebor in aeternum. » Tu autem avertisti faciem tuam et factus » sum conturbatus. Domine in voluntate tua » praestitisti decori meo virtutem. » Nimirum docet, qui antea dixisset non movebor in aeternum, mox faciem avertente ob superbam eius vocem Deo, in gravem incidisse perturbationem. Deinde his eruditus pristina sua recte facta haud iam sibi sed Deo tribuit dicens: « Domine in voluntate » tua praestitisti decori meo virtutem. » Cum enim avertisti, inquit, faciem tuam, et ego factus sum conturbatus, tunc eundem te esse agnovi, qui olim quoque voluntate tua praestiteras decori meo virtutem. Nam si quis fuit decor animae meae ante peccatum, is a tua gratia et munere dimanaverat. Haec autem post suae infirmitatis cognitionem fatetur.

3. Ceterum cum venit ad eum Nathanus propheta, quo tempore rem ipse habuerat cum Bersabea, piam illam vocem, quae in quinquagesimo psalmo est, emisit « tibi soli peccavi, et malum coram te feci. » Dum vero

κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι· καὶ παραινεῖ λέγων· μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις· ὁ δὲ καυχώμενος, ἐν κυρίῳ καυχάσθω· καὶ ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ· οὐ γὰρ ἑαυτὸν συνιστῶν, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ κύριος συνίστησι· καὶ πάλιν ἡ προφητεία, μὴ καυχᾶσθε καὶ μὴ λαλεῖτε ὑψηλὰ εἰς ὑπερογκήν, μὴ δὲ ἐξελθέτω μεγαλορρημοσύνη ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν· ἀλλὰ καὶ ὁ Σολομὼν φησι, μὴ καυχῶ τὰ εἰς αὔριον, οὐ γὰρ οἶδας τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα· ὁ δέ γε Δαβὶδ ἐν ἀγαθῶν εὐθηνίᾳ τῶν παρὰ θεῷ γενόμενος, καὶ ἐπὶ μέγα προκόψας ἀρετῆς, ἐτόλμησε φάναι, οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα· διὸ καὶ παραχρῆμα καταλείπεται ὑπὸ τοῦ συνεργοῦντος αὐτῷ τἀγαθὰ κυρίου, καὶ συμπλέκεται αὐτῷ πνεῦμα πονηρόν· ὅθεν φησίν· ἐγὼ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα· ἀπέστρεψας δὲ τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος· διδάσκων ὅτι πρότερον εἰπὼν οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα, μετὰ ταῦτα ἀποστρέφοντος τοῦ θεοῦ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ διὰ τὴν μεγαλορρήμονα φωνήν, ὁμολογεῖ τεταράχθαι· εἶτα ὠφεληθεὶς ἐπὶ τούτοις, τὰ πάλαι κατορθώματα αὐτοῦ οὐκέτι ἑαυτῷ ἀλλὰ τῷ θεῷ ἐπιγράφει λέγων· κύριε ἐν τῷ θελήματί σου παρέσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν· ὅτε γὰρ ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος, τότε ἔγνων ὅτι καὶ πάλαι τῷ σῷ θελήματι καὶ ἐκ τῆς σῆς χάριτος καὶ δωρεᾶς ὑπῆρχε περὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν τὸ κάλλος· διό φησιν, ὑψωθεὶς δὲ ἐταπεινώθην καὶ ἐξηπορήθην· ἀλλ' ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου· καὶ ἔγνων κύριε ὅτι δικαιοσύνη τὰ κρίματά σου, καὶ ἐν ἀληθείᾳ ἐταπείνωσάς με.

ait tibi soli peccavi, non idcirco sic loquitur, quasi in solum Deum peccavisset: nam neque blasphemia neque periurio neque simili impietate se obstrinxerat, ut quisquam merito existimaret ab eo adversus Deum fuisse peccatum. Verum, si plane loqui licet, magnopere peccaverat in Bersabeam, maxime in Uriam, in primis vero contra suam animam. Cur ergo heic ait tibi soli peccavi? Nempe existimo eum intelligere: tibi soli notum fuit peccatum meum. Manifestius igitur addit: et malum meum coram te feci. Hominum quippe nullus mihi timor erat, nisi tuus ingruisset. Prosternens igitur humi faciem, haud ante surrecturum se ait, quam gratiam consequatur. Et comprecantur ei quicumque favent felicitati eius, orantque ut voti compos fiat. Propterea dictum est in trigesimo primo psalmo supra centesimum: « memento Domine » Davidis et omnis mansuetudinis eius. Sicut » iuravit Domino, votum vovit Deo Iacob. » Si introiero in tabernaculum domus meae, » si ascendero in lectum strati mei; si dabo » somnum oculis meis, et palpebris meis dor» mitationem, donec inveniam locum Do» mino, tabernaculum Deo Iacob. »

4. Dum ille sic orat atque adfirmat se non ante ascensurum in lectum strati sui, neque domum suam ingressurum, insuper se non daturum palpebris suis dormitationem, donec invenerit futurum Domini locum; demonstrat ei Dominus Bethleemum. Propterea post eius precem ii qui secum orant sancti angeli Dei addunt: « ecce audivimus eam in Ephratha. » Porro Ephratha Bethleemus est, uti narrat Moyses ubi ait: « mortua est Rachel, et se» pulta est in via quae ducit Ephratham; » ipsa est Bethleemus. » Sed et Michaeas Ephratham ait esse Bethleemum: « et tu Bethleem » domus Ephrathae nequaquam minima es in » principibus Iudae. » Deinde orat David non solum ut cognoscat Domini locum, sed etiam ubinam futurum sit tabernaculum eius. Tabernaculum vero sunt exuviae et corpus, quod sibi Dei Verbum adscivit. Et de loco quidem recte praenuntiaverunt dicentes: « ec» ce audivimus eam in Ephratha. De taber» naculo autem mox subiciunt: iuravit domi» nus Davidi veritatem, et non frustrabitur » eam; de fructu ventris tui ponam super se-

σὺ τοῦτό φησιν ὅτι εἰς τὸν Θεὸν ἥμαρτον μόνον· οὔτε γὰρ βλασφημίας, οὔτε ἐπιορκίας, οὔτε τοιαύτης τινὸς ἀσεβείας ὁ τρόπος αὐτοῦ τῆς ἁμαρτίας, ἵνα τίς ὑπολάβοι αὐτὸν εἰς Θεὸν ἡμαρτηκέναι· ἀλλ' εἰ χρὴ εἰπεῖν, τὰ μεγάλα ἥμαρτεν εἰς τὴν Βηρσαβεέ, τὰ μέγιστα δὲ καὶ εἰς τὸν Οὐρίαν, ὑπὲρ πάντας δὲ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· πῶς οὖν ἐνταῦθα φησί, σοὶ μόνῳ ἥμαρτον; ἀλλ' οἶμαι τοῦτ' αὐτὸν λέγειν, ὅτι σοι μόνῳ ἔγνωσαι τὸ ἁμάρτημά μου· ἐπιφέρει γοῦν τὸ σαφέστερον ἐν τῷ « καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα· » ἀνθρώπων γὰρ οὐδείς μοι φόβος ἦν, εἰ μὴ ὁ σὸς ἐπέκειτο φόβος· ῥίψας γοῦν ἑαυτὸν ἐπὶ πρόσωπον, οὐ πρότερον ἀναστήσεσθαί φησιν, ἢ τυχεῖν τῆς ἀξιώσεως. Καὶ συνεύχονταί γε αὐτῷ πάντες οἱ ἀγαθῶν συνεργοὶ, παρακαλοῦντες εἰσακουσθῆναι αὐτόν· διὸ εἴρηται ἐν ἑκατοστῷ τριακοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ· « μνήσθητι κύριε τοῦ Δα» βὶδ καὶ πάσης τῆς πραότητος αὐτοῦ· ὡς » ὤμοσε τῷ κυρίῳ, εὔξατο τῷ Θεῷ Ἰακώβ· » εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου, εἰ » ἀναβήσομαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου, εἰ » δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου καὶ τοῖς » βλεφάρις μου νυσταγμὸν, ἕως οὗ εὕρω τό» πον τῷ κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. »

ὅ. Οὕτως δὲ αὐτῷ εὐξαμένῳ καὶ διαβεβαιωσαμένῳ, ὅτι μὴ πρότερον ἀναβήσεται ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς αὐτοῦ, ὅτι τὲ οὐκ εἰσελεύσεται εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἔτι οὐ δώσει τοῖς βλεφάρις αὐτοῦ νυσταγμὸν, ἕως οὗ εὕρῃ τὸν μέλλοντα τοῦ κυρίου τόπον, δείκνυσιν ὁ κύριος αὐτῷ τὴν Βηθλεέμ· διὸ μετὰ τὴν εὐχὴν συνευξάμενοι αὐτῷ ἱεροὶ ἄγγελοι θεοῦ ἐπιλέγουσιν ἑξῆς· « ἰδοὺ ἠκού» σαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθᾶ· » Ἐφραθὰ δέ ἐστιν ἡ Βηθλεὲμ ὡς ἱστορεῖ Μωϋσῆς λέγων· * « ἀπέθανε » δὲ Ῥαχὴλ, καὶ ἐτάφη ἐν ὁδῷ Ἐφραθᾶ· αὕτη » ἐστὶ Βηθλεέμ· » Ἀλλὰ καὶ Μιχαίας φησὶ τὴν Ἐφραθὰ εἶναι Βηθλεὲλ λέγων· * « καὶ σὺ Βηθ» λεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθᾶ, ὀλιγοστὸς εἶ ἐλαχίστη » ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα. » Εἶτα ἐπεύξατο ὁ Δαβὶδ οὐ μόνον τὸν τόπον γνῶναι τοῦ κυρίου, ἀλλὰ καὶ τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ὁπόθεν ἔσαι· σκήνωμα δὲ τὸ σκῆνος καὶ τὸ σῶμα ὃ ἀνείληφεν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος τυγχάνει· εἰκότως περὶ μὲν τοῦ τόπου προαπήγγειλαν φήσαντες· * « ἰδοῦ ἠκούσαμεν » αὐτὴν ἐν Ἐφραθᾶ. » Περὶ δὲ τοῦ σκηνώματος ἑξῆς ἐπιλέγουσιν αὐτῷ « ὤμοσε κύριος τῷ Δαβὶδ » ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσῃ αὐτήν· ἐκ καρ» ποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τὸν θρόνον

* Gen. XXXV. 19.

* Matth. V. 10.

* Ps. CXXXI. 6

» σου. » δι' ὧν διδάσκεται ὁ Δαβὶδ ὅτι τὸ μέλλον ἔσεσθαι τοῦ κυρίου σκήνωμα, ὁ καρπὸς ἦν ὁ ἐκ κοιλίας αὐτοῦ γεννησόμενος.

VIIII. Διὰ τί τῆς Ῥοῦθ ἐμνημόνευσεν ὁ εὐαγγελιστής.

α'. Καὶ πῶς οὐκ ἔμελλεν ὁ θεῖος ἀπόστολος, τὴν τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν κλῆσιν τῷ πνεύματι προθεωρῶν διὰ τοῦ οἰκείου εὐαγγελίου γενησομένην, τῆς ἀλλοφύλου μνημονεύειν; ἀλλόφυλος γὰρ ἡ Ῥοῦθ καὶ ἐξ ἀλλοφύλων τῶν ἀπηγορευμένων παρὰ Μωϋσεῖ Μωαβιτῶν· Μωαβῖται γάρ φησι * καὶ Ἀμμανῖται οὐκ εἰσελεύσονται εἰς ἐκκλησίαν κυρίου ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς, καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα· πλὴν ἀλλὰ καὶ κρεῖττον τοῦ νόμου γενομένη θεοφιλὴς, εἰσῆλθεν εἰς ἐκκλησίαν κυρίου· ἐπείπερ ὁ νόμος τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ· » δικαίῳ δὲ νόμος οὐ κεῖται, ἀλλ' ἀνόμοις καὶ » ἀνυποτάκτοις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς·* » ἡ δὲ Ῥοῦθ οὐ τοιαύτη, εἰ καὶ τὸ γένος ἀλλόφυλος ἦν, ὑπερβᾶσα δὲ τὸν διορισμὸν τοῦ νόμου, καὶ εἰσελήλυθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν κυρίου, καὶ τοῦ γένους ἐχρημάτισε τοῦ ἰσραηλιτικοῦ, καὶ ἐν προγόνοις ἀναληφθῆναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν κατηξιώθη, διὰ τὴν τῶν τρόπων, ἀλλ' οὐ διὰ τὴν τοῦ σώματος, εὐγένειαν· πᾶσι τε ἡμῖν τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἀλλοφύλοις μέγιστον ὑπόδειγμα κατέστη, ὅτι δὴ ὅμοια πράξαντες αὐτῇ, τῶν ἴσων παρὰ τῷ θεῷ τευξόμεθα.

β'. Εἰκότως οὖν τὴν τῶν ἀλλοφύλων κλῆσιν τὲ καὶ εἰσποίησιν μέλλων εὐαγγελίζεσθαι, τῇ γενεαλογίᾳ αὐτὴν τέθεικεν· ἡμᾶς τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἀλλοφύλους μονονουχὶ παιδεύων δι' αὐτῆς, ὅτι δὴ τὰ πάτρια καταλιπόντες, εἰκότως καὶ τὰ ἀκόλουθα εἰς ἡμᾶς πληρωθήσεται· οὐκέτι γὰρ ἐν ἀλλοφύλοις καταλεγησόμεθα, οὐδ' ἐξ ἀλλοφύλων χρηματίσομεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀληθινοῦ Ἰσραὴλ καὶ τοῦ λαοῦ τοῦ κλήρου τοῦ θεοῦ· ἀναγκαίως δὲ αὖ πάλιν ἐμνήσθη τῆς Ῥοῦθ, τὰ αἴτια διὰ τῆς κατ' αὐτὸν ἱστορίας διδάξας τίνα ἦν τὰ λύσαντα τὴν ἀπαγόρευσιν τοῦ νόμου τὴν φήσασαν, Μωαβῖται οὐκ εἰσελεύσονται εἰς ἐκκλησίαν κυρίου· γέγονε γὰρ ἡ μωαβῖτις ὡς Ῥαχὴλ καὶ ὡς Λεία, αἳ ᾠκοδόμησαν ἀμφότεραι τὸν οἶκον Ἰσραήλ· πῶς δὲ οὐχὶ χρήσιμος ἦν τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γενεαλογίᾳ ἡ μνήμη τῆς Ῥοῦθ, ἐφ' ἣν εἴρηται καὶ τὸ ποιῆσαι δύναμιν ἐν Ἐφραθᾷ, ἔσται ὄνομα ἐν Βηθλεέμ; προφητείας γὰρ ἀντικρυς ταύτας εἰκότως

* Deut. XXIII. 3. Esdr. XIII. 1.

* I. Tim. I. 9.

» dem tuam. » Quibus verbis admonetur David, fore ut destinatum Domino tabernaculum fructus sit ex eius stirpe gignendus.

VIIII. Cur Ruthae meminerit evangelista.

1. Quid ni divus apostolus, qui alienigenarum gentium vocationem spiritu praevidebat per evangelium suum futuram, quid ni, inquam, alienigenae feminae meminisset? Alienigena sane erat Rutha, et quidem ex iis alienigenis quorum commercio Moyses interdixerat, nempe Moabitis « Moabitae, inquit. et » Ammonitae non intrabunt in Dei ecclesiam » usque ad tertiam et quartam generationem, » immo in aeternum. » Sed tamen haec ob religionem suam facta legi superior ingressa est in ecclesiam Dei: quoniam lex eos qui sub lege sunt alloquitur: « iusto autem non est constituta » lex, sed iniustis et refractariis et impiis et pec- » catoribus. » Rutha vero non erat eiusmodi, etiamsi gente alienigena: sed supergressa legis fines in ecclesiam Dei introivit, et de genere habita est israhelitico, atque inter progenitores Servatoris nostri dignanter adsumpta propter morum, non corporis, nobilitatem: nobisque omnibus genere ethnico natis maximum obiectum est exemplum, fore ut si paria huic feminae faciamus, parem gratiam a Deo referamus.

2. Recte igitur qui alienigenarum vocationem atque adoptionem nunciaturus erat, hanc in genealogia mulierem posuit; nos ex alienigenis ortos quodammodo per eam erudiens fore ut, si patrios mores deseramus, iure optimo consentanea meritis bona consequamur: neque enim diutius alienigenis adnumerabimur, neque his oriundi appellabimur, sed ex vero Israhele ac populo qui est hereditas Domini. Rursus necessario Ruthae meminit evangelista, dum in historia sua causas tradit, quae legis tollebant interdictum eiusmodi: « Moabitae » non intrabunt in ecclesiam Dei. » Femina enim moabitis ad conditionem transiit Rachelis et Liae, quarum utraque aedificavit domum Israhelis. Cur autem non decuisset genealogiam servatoris nostri Iesu Christi mentio Ruthae? de qua et illud dictum fuit « fa- » cere virtutem in Ephratha, erit nomen in » Bethleem. » Prophetias enim esse has per-

spicuas quispiam dicet; videlicet e Bethleemo nomen Christi Iesu, cuius genealogiam texit Matthaeus, per universas gentes diffusum cernens, virtutemque in Ephratha patratam: ob quam virtutem omnes gentes Christum Dei a Ruthae genere deductum agnoscentes, eiusdem causa a patriis ritibus aeque ac Rutha recesserunt, seque Deo Israhelis, item ut illa, tradiderunt. Quas ob res haud temere mihi videtur ad Christi genealogiam mentio Ruthae adiecta.

X. Cur Ioacimum nomine Iechoniae appellaverit evangelista.

1. Binominis hic erat. Sed quoniam apud Hieremiam prophetam is, qui Iechonias appellatur, maledicto appetitur his verbis: « Iudibrio habitus est Iechonias tamquam vas » cuius non est usus. Quamobrem abiectus est » ipse et genus eius: terra terra, audi sermonem Domini, pone hunc virum proscriptum, quia non constituetur de genere eius » super thronum Davidis, qui diutius in Iuda » imperet; » et quoniam horum causa praedicto regi contigit ut babylonicam cum populo captivitatem subiret, merito inclytus evangelista, Redemptoris omnium Servatorisque scribens generationem, huius quoque meminit contempti et proiecti cum sua stirpe in babylonicam terram, ideoque proscripti et captivi: hinc videlicet docens, qui ad praedicandam captivis libertatem missus fuerat a patre, hunc esse Iesum Christum, de quo librum scribit, et ad quem spectat quod apud prophetam recitatur oraculum: «Spiritus Domini super me, » eo quod unxit me: ad annunciandum pau- » peribus misit me, praedicandamque capti- » vis libertatem. » De quo alio item loco ait propheta: « ipse aedificabit urbem meam, at- » que a captivitate populum meum revocabit. »

2. Tempestive igitur Iechoniae et huius animae, atque iis qui similem illi passi fuerant ignominiam et animarum captivitatem, Redemptoris adventum nunciat Matthaeus, qui filii Dei genealogiam, itemque aliorum sontium peccatorumque hominum, scribit. Unus enim idemque sermo est, qui Davidis crimen circa Uriae uxorem, et Iudae fornicationem, et alienigenam seu moabitidem

ἄν τις φαίη τυγχάνειν, τὸ ἐκ Βηθλεὲμ ὄνομα τὸ παρὰ τῷ Ματθαίῳ γενεαλογουμένῳ Ἰησοῦ Χριστῷ ἐξάκουστον εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων θεωρῶν, καὶ τὴν ἐν Ἐφραθᾷ γενομένην δύναμιν· δι' ἧς δυνάμεως πάντα τὰ ἔθνη τὸν ἐκ τῆς Ῥοὺθ γενεαλογούμενον Χριστὸν τοῦ θεοῦ ἐπιγνόντα, δι' αὐτοῦ τῆς μὲν πατρῴας ἀπέστη, τῆς Ῥοὺθ παραπλησίως, τῷ δὲ Θεῷ τοῦ Ἰσραὴλ ἑαυτὰ ἐπιδέδωκεν, ὁμοίως αὐτῇ πάλιν· ὧν ἕνεκά μοι δοκεῖ οὐκ ἀσυλλόγιστος ἡ παράθεσις τῆς Ῥοὺθ ἐν τῇ τοῦ Ματθαίου περιλήφθαι γενεαλογίᾳ.

X. Διὰ τί τὸν Ἰωακεὶμ Ἰεχονίαν ὀνομάζει ὁ εὐαγγελιστής.

α'. Διώνυμος οὗτος ἦν· ἀλλ' ἐπεὶ κατὰ τὸν προφήτην Ἱερεμίαν Ἰεχονίας ὀνομασθεὶς διακέκληται, δι' ὧν φησιν, * « ἠτιμώθη Ἰεχονίας ὡς * Hier. XXII. 28
» σκεῦος οὗ οὐκ ἔστιν αὐτοῦ χρεία· διότι ἀπερ- » ρίφη αὐτὸς καὶ τὸ σπέρμα ἀπ' αὐτοῦ· γῆ γῆ, ἄκουε » λόγον κυρίου· γράψον τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐκκή- » ρυκτον, ὅτι οὐ μὴ ἀναστῇ ἐκ τοῦ σπέρματος » αὐτοῦ καθήμενος ἐπὶ θρόνου Δαβίδ, ἄρχων » ἔτι ἐν τῷ Ἰούδᾳ· » καὶ ἐπειδὴ τούτων ἕνεκα συνέβη τὴν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν ἅμα τῷ λαῷ ὑποστῆναι τὸν εἰρημένον, εἰκότως ὁ θαυμάσιος εὐαγγελιστὴς τοῦ λυτρωτοῦ καὶ σωτῆρος ἁπάντων ὑπογράφων τὴν γένεσιν, καὶ τοῦδε ἐμνήσθη τοῦ ἠτιμωμένου τοῦ ἀπορριφέντος ἅμα τῷ σπέρματι εἰς τὴν Βαβυλωνίων γῆν, τοῦ ἐκκηρύκτου γενομένου, τοῦ αἰχμαλώτου· διδάσκων ὅτι κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν ἀπεσταλμένος ὑπὸ τοῦ πατρός, οὗτος ἦν Ἰησοῦς Χριστός, οὗ τὴν βίβλον ἀναγράφει, εἰς ὃν ἀναφέρεται τὸ φάσκον ἐν τῷ προφήτῃ λόγιον *· « πνεῦμα κυρίου * Is. LXI. 1· * Luc. IV. 18.
» ἐπ' ἐμέ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι » πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώ- » τοις ἄφεσιν· » περὶ οὗ καὶ ἐν ἑτέρῳ φησὶν ὁ αὐτὸς προφήτης *· « οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πό- * Is. XLV. 13.
» λιν μου, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ μου » ἐπιστρέψει. »

β'. Κατὰ καιρὸν τοιγαροῦν αὐτῷ τε Ἰεχονίᾳ καὶ τῇ τούτου ψυχῇ, τοῖς τε τὴν ἴσην αὐτῷ πεπονθόσιν ἀτιμίαν τὲ καὶ ψυχῶν αἰχμαλωσίαν, τὴν τοῦ λυτρωτοῦ παρουσίαν εὐαγγελίζεται Ματθαῖος ὁ τὴν γένεσιν τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ δὴ τῶν ἄλλων ὑπαιτίων καὶ ἁμαρτωλῶν ἀνδρῶν καταγαγών· εἷς γὰρ ἦν καὶ ὁ αὐτὸς λόγος, δι' ὃν καὶ τῆς τοῦ Δαβὶδ περὶ τὴν τοῦ Οὐρίου γυναῖκα παρανομίας, τῆς τε τοῦ Ἰούδα πορνείας,

τῆς τε ἀλλοφύλου καὶ μωαβίτιδος Ῥοῦθ ἐμνήσθη· ὁ αὐτὸς δὲ τυγχάνει καθ' ὃν καὶ τελώναις καὶ ἁμαρτωλοῖς συμβιοῦντα, καὶ αἴσχιστά γε ὑπὸ ἀνθρώπων ὑπομένοντα, καὶ τέλος ἅμα τοῖς κακούργοις σταυρούμενον αὐτὸν εἰσάγει· ἦν δ' οὗτος ὁ λόγος καθ' ὃν εἴρηται * · « ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ » θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· » ἐχρῆν γὰρ τὸν μέλλοντα καθάρσιον γίνεσθαι τῶν πάλαι πώποτε πεπλημμεληκότων καὶ τῶν γε μετὰ ταῦτα γενησομένων, ἀντίψυχόν τε τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, διὰ πάντων τῶν εἰρημένων διελθεῖν καὶ τὰς κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀσεβῶν τιμωρίας αὐτὸν ἀναμάρτητον ὄντα ὑπομεῖναι, ὡς ἂν πληρωθείη εἰς αὐτὸν τὰ θεσπίσματα, τά τε ἄλλα· καὶ δι' ὃν φησιν ὁ θαυμάσιος Ἡσαΐας * · « οὗτος » τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αἴρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυ» νᾶται· αὐτὸς ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας » ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· » τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἰάθημεν. »

γ'. Εἰ δὲ λέγει ὁ προφήτης περὶ τοῦ Ἰεχονία τῇ γῇ * « γράψον τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐκκήρυκτον, » ὅτι οὐ μὴ ἀναστῇ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ κα» θήμενος ἐπὶ θρόνου Δαβὶδ, ἄρχων ἔτι ἐν τῷ » Ἰούδᾳ » οὐ πάντως ἀναιρεῖ τὸ στήσεσθαι αὐτοῦ σπέρμα, ἀλλὰ τοῦ βασιλεῦσαι τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ· ὃ καὶ γέγονεν ἀληθές· λέγει γοῦν ἠτιμώθη Ἰεχονίας ὡς σκεῦος οὗ οὐκ ἔστιν αὐτοῦ χρεία, διότι ἀπερρίφη αὐτὸς καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς γῆν ἣν οὐκ ᾔδει· ἄντικρυς τὴν Βαβυλῶνος γῆν θεσπίζων· ὧλήν ἀλλ' ὁ ἐλθὼν κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τὰς τῶν ἁμαρτιῶν σειράς, τῶν τε πάλαι ὑπὸ τὸν θάνατον πεπεδημένων ψυχῶν τοῦς τε δεσμοὺς λῦσαι ἀπεσταλμένος, ἐπὶ τὴν πάντων τούτων ἐλήλυθε σωτηρίαν· διό φησιν ὁ Δαβὶδ περὶ αὐτοῦ θεσπίζων * · « ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ » ἰάσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν· ἐξο» μολογεῖσθε τῷ κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ καὶ θαυ» μάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων· ὅτι συν» έτριψε πύλας χαλκᾶς, καὶ μοχλοὺς σιδηροὺς » συνέκλασε· καὶ ἀντελάβετο αὐτῶν ἐξ ὁδοῦ » ἀνομίας αὐτῶν· ἐταπεινώθησαν, καὶ ἐξήγαγεν » αὐτοὺς ἐκ σκότους καὶ σκιᾶς θανάτου, καὶ » τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν διέρρηξε· » ταῦτα γὰρ περὶ τῆς ἐκ τοῦ θανάτου διὰ Χριστοῦ γενομένης ἀπολυτρώσεως λέγεται, ὡς συνάδει καὶ τὸ φάσκον λόγιον * · « κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας. » Καὶ πάλιν· ἀφεῖλεν ὁ θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ » παντὸς προσώπου. » Τηρητέον δὲ ὅτι μὴ διαπίπτει ὁ χρησμὸς ὁ φήσας, « οὐ μὴ ἀναστῇ ἐκ

* Ioh. I. 29.

* Is. LIII. 4.

* Hier. XXII. 30.

* Ps. CVI. 20.

* Is. XXV. 8.

Rutham, memorat. Idem sermo Iesum cum publicanis peccatoribusque viventem, et turpissima ab hominibus perpessum, et denique cum maleficis crucifixum exhibet. Erat vero is sermo quo dictum est: « ecce agnus Dei, » qui tollit peccatum mundi. » Oportebat enim eum, qui futurus erat expiator veterum quorumvis criminum ac futurorum, quique animam positurus erat pro hominum animabus; hunc, inquam, oportebat ea mala omnia perpeti, et peccatorum impiorumque poenas ipsum innocuum sustinere, donec oracula de eo dicta, et reliqua exitum haberent. De eodem quoque mirificus ait Isaias: « hic nostra peccata per» fert, et pro nobis patitur: ipse vulneratus » est propter iniquitates nostras, infirmatus » est propter scelera nostra, livore eius sa» nati nos omnes fuimus. »

3. Quod si propheta de Iechonia ait terrae: » pone hunc virum proscriptum, quia » non surget de genere eius qui sedeat su» per thronum Davidis, regnetque in Iuda: » haud prorsus negat superfuturum huius genus, sed neminem regnaturum adfirmat de stirpe eius in gente iudaica: quod revera ita se habuit. Itaque dicit: « ludibrio habitus est » Iechonias, ceu vas cuius nullus est usus. » Quamobrem proiectus est ipse et genus eius » in incognitam sibi regionem: » quibus verbis perspicue babylonicam terram designat. Iamvero qui ad libertatem captivis nunciandam, et peccatorum catenas atque animarum olim morte devinctarum solvenda vincula missus fuit, is sane ad horum omnium salutem patrandam venit. Quare de ipso vaticinatur David: « misit verbum suum et sanavit eos » ab interitionibus suis. Confitemini Domino » misericordiae eius et mirabilia eius filiis ho» minum. Quia contrivit portas aereas, et ve» ctes ferreos confregit. Et suscepit eos de » via iniquitatis eorum. Humiliati sunt: sed » eduxit eos de tenebris et umbra mortis, » et vincula eorum disrupit » Haec nimirum de redemptione a morte per Christum dicuntur; cui rei consonat aliud oraculum: « de» voravit mors praevalens. » Rursusque: « ab» stulit Deus omnem lacrymam ab omni fa» cie. » Porro animadvertendum est, non excidere vaticinium quod ait: « non surget

de genere Iechoniae qui sedeat super thronum Davidis, qui ulterius in Iuda imperet: » quia nemo reapse de tribu Iudae post Iechoniam davidici regni fuit successor. Etenim post babylonicam captivitatem subdita fuit pontificibus universa gens usque ad servatoris nostri Iesu Christi adventum: quo in terris versante, tetrarchae erant Herodes atque Philippus, praeses Pilatus, dominusque omnium Caesar imperator.

σπέρματος Ἰεχονίου καθήμενος ἐπὶ θρόνου Δαβὶδ, ἄρχων ἔτι ἐν τῷ Ἰούδᾳ· » ἐπεὶ μηδεὶς ἐκ τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς μετὰ Ἰεχονίαν τῆς τοῦ Δαβὶδ βασιλείας κατέστη διάδοχος· μετὰ γοῦν τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος αἰχμαλωσίαν, ὑπὸ τοῖς ἀρχιερεῦσι διετέλεσε τὸ πᾶν ἔθνος ἀρχόμενον μέχρι τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἦσαν γοῦν κατ' αὐτὸν τετράρχαι οἱ περὶ τὸν Ἡρῴδην καὶ Φίλιππον, ἡγεμών τε Πιλάτος, καὶ ἐπὶ πᾶσι βασιλεύς.

XI. Cur evangelista utatur distinctionibus in genealogia, haud simul contexens generationes ab Abrahamo ad Christum quadraginta duas, sed dividens successiones per ea quae scribit segmenta.

XI. Διὰ τί ταῖς ἐν τῇ γενεαλογίᾳ κέχρηται ὑποδιαστολαῖς, μὴ ὁμοῦ συνάψας ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως τὸν Χριστὸν γενεὰς τεσσαράκοντα δύο, διελὼν δὲ τὰς διαδοχὰς καθ' οὓς ἐξέθετο ἀφορισμούς.

Hoc facit propter diversas populi constitutiones, quae ex historia exploratae sunt. Alia quippe fuit constitutio ab Abrahamo ad Davidem; rursusque alia a Davide usque ad captivitatem; quam subsequitur tertia usque ad Christum. Namque ab Abrahamo ad Davidem constat Hebraeis non fuisse reges, sed genti post Moysem et Iosuam imperavisse eos, quos iudices appellabant: et erat quidam peculiaris mos horum successionis. Sed neque fortasse Hierosolyma adhuc erant aedificata, neque certe ibidem templum. Quare sapienter evangelista sine historiae perturbatione in Davide substitit, dum Abrahami posteros separatim enumeraret. Deinde rursus, quoniam a Davide usque ad captivitatem Hebraei propriis usi sunt regibus, partim Davidis successoribus, partim iis qui populi segregatae parti imperitaverunt; quo tractu temporis Hierosolymis templum a conditu suo usque ad captivitatem perseveravit; merito evangelista hos quoque separans sub peculiari classe concluſit. Iamvero quia post captivitatem usque ad Christum nullum iam erat Davidis regnum, sed a Iudae tribu in genus sacerdotale principatus deciderat, quae dominatio a Cyri temporibus ad Christi nativitatem mansit; idcirco et hos successores separata in classe recensuit. Atque hae causae fuerunt, propter quas haud temere evangelista tres fecit distinctiones.

Διὰ τὰς διαφόρους καταστάσεις τοῦ λαοῦ τὰς ἐκ τῆς ἱστορίας παρισταμένας· ἄλλη μὲν γὰρ ἦν ἡ ἀπὸ Ἀβραὰμ καὶ ἐπὶ Δαβίδ· καὶ πάλιν ἑτέρα ἡ ἀπὸ Δαβὶδ, ἥτε μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας, ὡς πάλιν ἡ ἀπὸ ταύτης μέχρι τοῦ Χριστοῦ· ἀπὸ μὲν γὰρ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὸν Δαβὶδ οὐ φαίνονται ὑπὸ βασιλέας πολιτευσάμενοι· ἦρξαν δὲ τοῦ ἔθνους μετὰ Μωϋσέα καὶ Ἰησοῦν οἱ ἐπικληθέντες παρ' αὐτοῖς κριταί· καὶ ἦν τις ἴδιος τρόπος τῆς τούτων καταβάσεως· ἀλλ' οὐδὲ τὰ Ἱεροσόλυμα πῶς συνειστήκει, οὐδέ γε ὁ ἐν αὐτοῖς νεώς· διόπερ ἐπίστημόνως ὁ εὐαγγελιστὴς μὴ συγχέων τὴν ἱστορίαν, μέχρι Δαβὶδ ἔστη, τοὺς ἀπὸ Ἀβραὰμ ἰδίως καταριθμήσας· εἶτ' οὖν πάλιν ἐπειδήπερ ἀπὸ Δαβὶδ καὶ μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας οἰκείοις κέχρηνται βασιλεῦσι τοῖς τε ἀπὸ Δαβὶδ ἄρξασι καὶ τοῖς ἐν τῇ διαστάσει τοῦ λαοῦ γενομένοις· τό τε ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ἱερὸν ἐξ ἐκείνου καὶ μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας διήρκεσεν, εἰκότως καὶ τούτους πάλιν ἰδίως ἀφορίσας, ὑφ' ἕνα συνήγαγεν ἀριθμόν· ὥσπερ οὖν καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας μέχρι τοῦ Χριστοῦ, παρ' οἷς οὐκέτι μὲν ἡ τοῦ Δαβὶδ συνέστη βασιλεία, μεταπεπτώκει δὲ τὰ τῆς ἡγεμονίας ἀπὸ τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς ἐπὶ τὸ τῶν ἱερέων γένος, οἳ δὴ καὶ ἦρξαν αὐτῶν ἀπὸ τῶν Κύρου χρόνων καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ γένεσιν· ὅθεν καὶ τούτους ἰδίως ἀφορίσας, καθ' ἑαυτοὺς ἠρίθμησεν· οὐκ ἀσυλλογίστως ἄρα τὰς τρεῖς πεποίηται διαστολὰς διὰ τὰς ἀποδοθείσας αἰτίας.

XII. Διὰ τί ἀπὸ τῶν Δαβὶδ χρόνων ἐπὶ Ἰεχονίαν καὶ τὴν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν ἑπτὰ καὶ δέκα βασιλευσάντων, δεκατέσσαρας εἶναι φησὶ γενεὰς ὁ εὐαγγελιστής.

α'. Εἰ μὲν διαδοχὰς ἀναγράφειν αὐτῷ προὔκειτο, καὶ εὐλόγως τίς ἐμέμψατο ὡς παρεκθεμένῳ τὴν τῶν βασιλέων διαδοχήν· ἐν γὰρ ταῖς βασιλείαις καὶ ἐν τοῖς παραλειπομένοις * συμφώνως μετὰ Ἰωρὰμ τὸν τοῦ Ἰωσαφὰτ, τριῶν ἐφεξῆς βασιλευσάντων Ὀχοζία καὶ Ἰωὰς καὶ Ἀμεσία, εἶτα μετ' αὐτοὺς Ὀζία καὶ Ἰωάθαμ καὶ Ἄχαζ, παρελθὼν τοὺς προτέρους τοὺς τρεῖς ὁ εὐαγγελιστὴς, μετὰ Ἰωρὰμ τὸν τοῦ Ἰωσαφὰτ ἑξῆς συνάπτει τὸν Ὀζίαν καὶ τὸν Ἰωάθαμ καὶ τὸν Ἄχαζ, τοὺς εἰρημένους μεταξὺ παρελθών· τοῦτο δ' εἰ πεποιήκει σκοπὸν θέμενος τὴν τῶν βασιλέων διαδοχὴν ἐκθέσθαι, χρῆν ὡς ἡμαρτημένην ἐκθέσθαι τὴν παρ' αὐτῷ γραφήν· ἐπειδὴ δὲ οὐ διαδοχὰς ἀλλὰ γενεὰς ἀριθμῆσαι προὔθετο, τοῦτο γὰρ ὁ λόγος αὐτῷ βούλεται φήσαντι « πᾶ- » σαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ μέχρι Δα- » βὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ πάλιν ἀπὸ Δα- » βὶδ μέχρι Ἰεχονίου καὶ τῆς μετοικησίας Βα- » βυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες » ἀλλ' οὐ διαδοχαὶ δεκατέσσαρες, εἰκότως πάσης ἀπολύσειτ' ἂν κατηγορίας· ἐπεὶ διὰ τί μὴ διαδοχὰς ὠνόμασε, τῆς δὲ ἐν ταῖς βασιλείαις καὶ παραλειπομένοις ἱστορίας διαδοχὰς ἀλλ' οὐ γενεὰς ἱστορούσης, οὐκ ἂν γένοιτο ἐναντίωμα ἐκ τῆς ἀμφοτέρων παραθέσεως.

* Cod. fem. genere. Sic ante, et infra.

β'. Γενεὰν γὰρ χρόνον ἀνθρώπου ζωῆς οὐχ' οἷόν τέ ἐστιν ὀνομάζειν, ἐπεὶ συμβαίνει πολλάκις τοὺς μὲν ἐπὶ βραχὺ βιῶναι, καὶ θᾶττον ἀποσβεσθῆναι κατὰ τὴν τοῦ παιδὸς ἡλικίαν, τοὺς δὲ μέχρι τοῦ μειρακίου φθάσαι, τοὺς δὲ ἐπὶ τὸν νεανίαν προελθεῖν, τοὺς δὲ ἐπὶ τὸν ἄνδρα, τοὺς δὲ καὶ ἐπ' ἔσχατον γῆρας παρατεῖναι τὴν ζωήν· ποίαν οὖν τις ἀριθμήσει γενεάν; εἰ ὁ μὲν φέρει μέχρι δεκάτου ἔτους, ὁ δὲ μέχρις εἰκοστοῦ, ὁ δὲ μέχρις πεντηκοστοῦ, ἄλλος δὲ μέχρις ἑβδομηκοστοῦ, ὁ δὲ καὶ τὰ ἑκατὸν ὑπερβὰς οὐ μόνον ἐπὶ τῶν παλαιῶν ἀλλὰ καὶ καθ' ἡμᾶς ὁρᾶται· πῶς οὖν οἴονται τὴν ἀνθρώπου ζωὴν γενεὰν ὀνομάζειν; ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τῆς παιδοποιΐας· οἱ μέν γὰρ πρὸ τῶν εἴκοσι ἐτῶν γήμαντες πεπαιδοποίηνται, οἱ δὲ οὐδὲ ὑπὲρ τὰ τριάκοντα γενόμενοι· καὶ τῶν ἰσηλίκων δὲ ἴδοις ἂν τοὺς μὲν ἐπὶ πρώτους υἱοὺς

XII. Cur quum a Davidis temporibus usque ad Iechoniam seu ad babylonicam captivitatem septemdecim reges fuerint, generationes quatuordecim dicat evangelista.

1. Si successiones scribere propositum Matthaeo fuisset, speciose hunc aliquis reprehenderet, ceu qui regum seriem abrupisset. Constanti enim adfirmatione in regum libris et in paralipomenis post Ioramum Iosaphati filium tres continenter regnant, Ochozias, Ioasus, et Amesias: quibus succedunt Ozias, Ioathamus et Achazus. Nihilominus, praetermissis evangelista tribus prioribus, Ioramo Iosaphati filio statim subnectit Oziam, Iothamum, atque Achazum, intermedios illos praeteriens. Id si, inquam, fecisset cum regum seriem texere decrevisset, scriptura eius mendosa quodammodo videretur. Nunc revera haud successiones sed generationes enumerare sibi proposuit: hoc enim significat sermo dicentis: « omnes itaque generationes ab Abrahamo usque ad Davidem, generationes quatuordecim: rursusque a Davide usque ad Iechoniam seu ad babylonicam transmigrationem, generationes quatuordecim » non successiones quatuordecim; merito igitur omni reprehensione carebit. Iam quia Matthaeus successionumnom ine non est usus; regum autem historia et paralipomena successiones narrant non generationes, nulla in horum comparatione pugna apparet.

2. Age vero generationis nomine appellare non licet hominis aetatem, quoniam saepe accidit aliis quidem breviter vivere celeriterque extingui aetate infantili; aliis usque ad pueritiam venire; aliis ad iuventam; aliis ad virilem aetatem: aliis denique ad extremam usque senectam vitam producere. Quam vero aestimare licet generationem? siquidem alius vivit usque ad decimum annum, alius ad vicesimum, alius ad quinquagesimum, alius usque ad septuagesimum; alius denique vel centesimum superavisse annum non apud veteres solum, verum etiam apud nos conspicitur. Cur igitur existimant hominis vitam appellandam esse generationem? Sed neque tempus usque ad prolem primo susceptam sic appellare licet: namque alii ante aetatis annum vigesimum nubentes gignunt: alii ne post trigesimum quidem acta-

tis annum: et coaetaneos quoque videas, alios quidem in prima genitura adhuc consistentes, alios iam in quartam progressos; ita ut quinquagesimo anno alii nepotes videant: alii vero ne septuaginta quidem annorum spatio prolem ullam nanciscantur. Quo pacto igitur numerandae essent generationes, a macrobiis an ab oligochroniis? a mature, an a sero gignentibus? ab iis qui in prima genitura versantur, an ab iis quibus iam plures liberi sunt? Quibus ita perpensis divus evangelista, haud successiones scribere studens, sed generationes secundum rationem sibi exploratam enumerans, successionum historiam neglexit; tot vero homines ad genealogiam adsumpsit, quot ei sufficiebant ad quatuordecim generationes explendas. Sic eius veridicus sermo est, neque omnino contrarius historiarum traditioni.

στάντας, τοὺς δὲ ἐπὶ τετραγονίαν ἐλάσαντας· ὥστε ἐν πεντήκοντα ἔτεσι, τοὺς μὲν ἐκγόνους θεάσασθαι, ἑτέρους δὲ ἐν ἑβδομήκοντα μηδενὸς ἀξιωθῆναι παιδός· πῶς οὖν ἀριθμητέον τὰς γενεάς; πότερον ἐκ τῶν μακροβίων ἢ τῶν ὀλιγοβίων; καὶ ἐκ τῶν ταχὺ πεπαιδοποιημένων, ἢ τῶν βραδέων; καὶ ἐκ τῶν ἐπὶ πρώτοις υἱοῖς σαλευσάντων, ἢ ἐκ τῶν ἐπὶ πλείοσι διαδοχαῖς; ὧν οὕτως ἐξητασμένων ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς οὐ διαδοχὰς προθέμενος εἰπεῖν, γενεὰς δὲ, καθ' οὓς αὐτὸς ἠπίστατο λόγους 1) ἀπαριθμούμενος, τῆς μὲν ἐν ταῖς ἱστορίαις διαδοχῆς ἧττον πεφρόντικε, τοσούτους ἀναλαμβάνει εἰς τὴν γενεαλογίαν, ὅσοι ἀπήρκουν αὐτῷ εἰς ἐκπλήρωσιν τῶν δεκατεσσάρων γενεῶν· οὕτως τὲ αὐτῷ ὑγιὴς ἀποσώζεται ὁ λόγος, καὶ οὐδαμῶς ἐναντίος τῇ τῶν ἱστοριῶν γραφῇ.

XIII. Cur quum a Iechonia ad Iosephum duodecim in genealogia sint, evangelista quatuordecim rursus dicat.

XIII. Διὰ τί τῶν μετὰ Ἰεχονίαν ἐπὶ τὸν Ἰωσὴφ γενεαλογουμένων δύο καὶ δέκα ὄντων, ὁ εὐαγγελιστὴς δεκατέσσαρας πάλιν εἶναι φησίν.

1. Rei causa eadem est: non enim successiones sed generationes, ut dixi, conscribere volebat. Saepe vero contingit, ut in macrobiis atque longaevis, quicumque fuerit succedentium numerus, nihilominus ipse generationum numerus plenus habeatur. Quam ob rem sicuti in classe patrumfamilias a Davide ad captivitatem, quum paulo maior succedentium numerus esset, pauciores tamen ab evangelista proditae sunt generationes; namque in ·XVII· virorum successionibus generationes ·XIV· dictae sunt; eodem nunc quoque consilio in hominum successionibus ·XII·, expletae dicuntur generationes ·XIV·, quia videlicet ·XII· illi, ut credere par est, macrobii fuerunt atque longaevi, ita ut suffecerint ad ·XIV· implendas generationes. Ad quaestionem haec prima responsio est.

α'. Διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν· οὐ γὰρ διαδοχὰς, γενεὰς δὲ, ὡς ἔφην, ἀναγράφειν ἐβούλετο· συμβαίνει δὲ πολλάκις ἐν μακροβίοις καὶ πολυέτεσι, τὰς μὲν γεγονέναι τῶν ἀνθρῶν τὰς διαδοχὰς, τὸν δὲ τῶν γενεῶν ἀριθμὸν ἀποδεδόσθαι πλήρη· ᾧ δὴ οὖν λόγῳ ἐν τοῖς ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ καὶ ἐπὶ τὴν αἰχμαλωσίαν πλείοσιν οὖσι τὸν ἀριθμὸν τοῖς ἐν τῇ διαδοχῇ φερομένοις, ὀλιγώτεραι ἀποδόθησαν αἱ γενεαί· ἐν γὰρ διαδοχαῖς ἀνδρῶν ἑπτὰ καὶ δέκα, γενεαὶ εἴρηνται δεκατέσσαρες· κατὰ τὸν αὐτὸν λογισμὸν καὶ νῦν ἐπ' ἀνδρῶν διαδοχαῖς δώδεκα, αἱ δεκατέσσαρες ἂν ἐπληροῦντο γενεαὶ, μακροβίων ὡς εἰκὸς πολιχρονίων αὐτῶν δὴ τῶν δώδεκα γεγενημένων, καὶ ἀρκούντων εἰς ἀναπλήρωσιν τῶν δεκατεσσάρων γενεῶν. Μία μὲν ἀπόδοσις τοῦ ζητηθέντος ἥδε.

2. Sed enim alia quoque ratione inita invenies, si diligenter historiam consideraveris, quatuordecim in hac ipsa historia appellatos; si, praeter duodecim, numeraveris Iesum Christum ipsum Iosephi filium existimatum; hisque adiunxeris etiam Iechoniam, illum scilicet qui Babylonem translatus fuit, non alte-

β'. Καθ' ἑτέραν δὲ διάνοιαν εὕρεις ἂν ἀριβώσας κατὰ τὴν ἱστορίαν δεκατέσσαρας ὠνομασμένους καὶ ἐν τῇ παρούσῃ διαδοχῇ, εἰ πρὸς τοῖς δώδεκα συναριθμήσειας αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστὸν υἱὸν τοῦ Ἰωσὴφ χρηματίσαντα· προσθείης τε τούτοις καὶ τὸν Ἰεχονίαν τὸν ἐν Βαβυλῶνι γεγενημένον, οὐχὶ τὸν πρὸ τῆς μετ-

1) Matthaeum putat Eusebius *generationis* vocabulo certum quendam ac sollemnem intelligere annorum numerum. Profecto de temporali γενεᾶς spatio controversia inter veteres satis nota est, quam ego ipse attigi in adnotationibus ad nova fragmenta Dionysii halic. cap. XIII. n. 4. Script. vet. T. II. p. 474.

οικησίας ἐν τῇ Ἱηρουσαλὴμ βασιλεύσαντα· δύο γὰρ ὁμώνυμοι γεγόνασιν Ἰωακεὶμ μετὰ Ἰωσίαν, ὅ γε αὐτοῦ τοῦ Ἰωσίου υἱὸς, ὃς μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσεν ἐν Ἱηρουσαλὴμ, καὶ ὁ τούτου παῖς ἕτερος Ἰωακείμ· οὗτοι δὲ καὶ Ἰεχονίαι ἐχρημάτισαν, ἐξελληνισθέντος αὐτοῖς τοῦ ὀνόματος· ὁ τοίνυν πρῶτος Ἰωακεὶμ ὁ καὶ Ἰεχονίας υἱὸς ὢν Ἰωσίου, ταῖς πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας συγκατελεγέσθω γενεαῖς· ὁ δὲ τούτου παῖς ὁ δεύτερος Ἰωακεὶμ καὶ αὐτὸς Ἰεχονίας, υἱὸς ὢν τοῦ πρώτου Ἰωακεὶμ, τοῦ δὲ Ἰωσίου ἔκγονος, ἐν τοῖς μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν καὶ εἰς τὸν Χριστὸν γενεαλογουμένοις ἀριθμούμενος, τέλειον ἀποδείη ἂν τὸν τῶν δεκατεσσάρων γενεῶν ἀριθμόν 1).

γ'. Περὶ δὲ τοῦ δύο γεγονέναι Ἰωακεὶμ, μαρτυρήσει ἡ τῶν βασιλειῶν γραφὴ, τοῦτον ἔχουσα τὸν τρόπον *· « καὶ ἐβασίλευσε Φαραὼ Νεχαὼ » ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τὸν Ἐλιακεὶμ υἱὸν Ἰωσία » βασιλέως Ἰούδα, ἀντὶ Ἰωσία τοῦ πατρὸς αὐ» τοῦ· καὶ ἐπέστρεψε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωακείμ. » εἶς ἑξῆς ἐπιλέγει· « υἱὸς εἰκοσιπέντε ἐτῶν Ἰωα» κεὶμ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν· καὶ ἕνδεκα ἔτη » ἐβασίλευσεν ἐν Ἱηρουσαλήμ· » εἶς μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· « καὶ τὰ λοιπὰ τῶν λόγων Ἰωα» κεὶμ, καὶ πάντα ὅσα ἐποίησεν, οὐκ ἰδοὺ γε» γραμμένα ἐπὶ βιβλίῳ λόγων τῶν ἡμερῶν τοῖς » βασιλεῦσιν Ἰούδα; καὶ ἐκοιμήθη Ἰωακεὶμ μετὰ » τῶν πατέρων αὐτοῦ, καὶ ἐβασίλευσεν Ἰωακεὶμ » υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ· υἱὸς ὀκτὼ καὶ δέκα ἐτῶν » Ἰωακεὶμ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν· καὶ τρίμηνον » ἐβασίλευσεν ἐν Ἱηρουσαλήμ· καὶ ὄνομα τῇ μη» τρὶ αὐτοῦ Ἐσθά· καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐν ὀφ» θαλμοῖς κυρίου κατὰ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ πα» τὴρ αὐτοῦ. Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἀνέβη Ναβου» χοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος εἰς Ἱηρουσα» λὴμ· καὶ ἦλθεν ἡ πόλις ἐν περιοχῇ· καὶ εἰσῆλ» θεν ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐν τῇ πόλει, καὶ οἱ » παῖδες αὐτοῦ ἐπολιόρκουν αὐτήν· καὶ ἐξῆλθεν » Ἰωακεὶμ βασιλεὺς Ἰούδα ἐπὶ βασιλέα Βαβυ» λῶνος, αὐτὸς καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, καὶ ἡ μή» τηρ, καὶ εὐνοῦχοι αὐτοῦ· καὶ τοὺς ἰσχυροὺς » τῆς γῆς ἀπήγαγεν ἀποικεσίαν ἐξ Ἱερουσαλὴμ » εἰς Βαβυλῶνα ». Οὗτος δὴ οὖν ὁ δεύτερος Ἰωακεὶμ εἰς Βαβυλῶνα ἀπαχθεὶς, οὗτος ἦν αὐτὸς ὁ πρὸς τοῦ Ἱερεμίου Ἰεχονίας ὠνομασμένος, ἔκγονος τυγχάνων τοῦ Ἰωσία, ἀλλ' οὐχ' υἱός· διὸ εἰκότως ἂν συναριθμοῖτο ἐν τῇ τρίτῃ γενεαλογίᾳ

* IV. Reg. XXIII. 34.

rum qui ante babylonicam captivitatem Hierosolymis imperavit. Duo quippe fuerunt homonymi; Ioacimus videlicet post Iosiam, qui fuit eiusdem Iosiae filius et Hierosolymis regni successor; rursum alter Ioacimus praedicti homonymi filius. Hi Iechoniae quoque appellati fuerunt, nomine eorum ad graecam formam inclinato. Prior itaque Ioacimus, idemque Iechonias, filius Iosiae, in generationibus ante captivitatem concludatur. Huius autem filius, alter Ioacimus, idemque pariter Iechonias, prioris Ioacimi filius, Iosiae nepos, si cum iis recenseatur qui inter captivitatem et Christum fuerunt, plenus existet quatuordecim generationum numerus.

3. Porro duos fuisse Ioacimos, regnorum testatur scriptura his verbis: «regemque con» stituit Pharao Nechao Eliacimum Iosiae fi» lium pro Iosia patre eius, vertitque no» men eius Ioacimum. » Quibus deinde addit: « filius viginti quinque annorum erat » Ioacimus, et annis undecim regnavit Hie» rosolymis. » Rursus deinceps praedicta historia: « reliqua autem sermonum Ioacimi et » omnia quae fecit, nonne ecce scripta sunt » in libro sermonum dierum regum Iudae? » Et dormivit Ioacimus cum patribus suis: » regnavitque Ioacimus filius eius pro eo. » Filius octodecim annorum erat Ioacimus » cum regnare coepit, tribusque mensibus » regnavit Hierosolymis. Nomen matris eius » Estha. Et fecit malum coram Domino, » iuxta omnia quae fecerat pater eius. Tem» pore illo venit Nabuchodonosorus rex Ba» bylonis contra Hierosolyma, et urbs fuit » obsessa. Accessitque Nabuchodonosorus rex » Babylonis ad civitatem, servique eius op» pugnabant eam. Egressusque est Ioacimus » rex Iudae ad regem Babylonis, ipse et » servi eius et mater et optimates et eu» nuchi. Translataeque sunt bellicae regni vi» res Hierosolymis Babylonem captivae.» Alter igitur hic est Ioacimus, qui Babylonem deportatus fuit. Is idem erat, quem Iechoniam Hieremias appellat, Iosiae nepos non filius. Idcirco is merito connumerabitur in tertia classe generationum quatuordecim, quae a Iechonia ad Christum excur-

1) Tractus hic refertur etiam in Nicetae catena cod. vat. A. f. 67. hoc initio: *εἰ γὰρ καὶ δώδεκα δοκοῦσιν εἶναι οἱ ἐν τῇ τρίτῃ διαδοχῇ γενεαλογούμενοι, ἀλλ' εὕροις ἂν ἀκριβώσας* etc. ut apud hanc nostram epitomen sequitur.

runt: interim dum pater eius, Iosia genitus, cum suo parente in superioribus generationibus numeratur. Atque ita nobis etiam postremarum quotuordecim generationum integer conficitur numerus.

XIIII. Cur Fabri filius Servator noster mamaluerit quam nobilis alicuius illustrisque viri videri.

Non ad suum divinum regnum ostentandum venit; ideoque nec gloriose nec pompatice nobis adfuit. Porro iter illi in caelum fuit eiusmodi, ut vitam hominum expiaret, dum se ex hominum grege agnum Dei morti devotum et piacularem pro nobis omnibus traderet. Quamobrem ut sine ullo impedimento ad hunc finem tenderet, plurimam prodigiorum suorum partem celandam tenebrisque operiendam curabat, modo vetans quominus res gestae suae in vulgi notitiam efferrentur, modo loca deserta sequens atque in montibus commorationes. Quin etiam divinam suam transfigurationem ne cunctis quidem discipulis suis, sed tribus tantum ostendit; hisque adeo mandavit, necui visum dicerent, donec filius hominis a mortuis resurgeret. Neque pro nobis ea passus esset, quae scripta sunt, si magnifici regis specie divinoque cum comitatu aut exercitu adventavisset, simul divina prodigia edens, seque universa natura potiorem demonstrans. Recte, igitur secundum apostolum, se ipsum exinanivit, formam servi accipiens, pauperisque Iosephi non recusavit filius videri. Sic enim veridica apparet sententia de illo loquens: « cum esset dives, propter nos egenus factus est, ut illius » inopia nos divites fieremus. »

XV. Quonam pacto dicatur Iesus super Davidis thronum sedisse.

1. Multifariam intelligitur Davidis thronus. Uno quidem modo, veluti si quis significari dicat illum, in quo rex residet, ebore puta lignisque compactum, auroque et regiis lapidibus exornatum. Alio modo, quo imperium ipsum atque universi populi du-

τῶν ἀπὸ Ἰεχονία μέχρι τοῦ Χριστοῦ γενεῶν δεκατεσσάρων· τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὃς ἦν τοῦ Ἰωσία παῖς, σὺν τῷ πατρὶ ἐν ταῖς ἀνωτέρω γενεαῖς καταριθμουμένου· καὶ οὕτως ἡμῖν καὶ ὁ τῶν ὑσάτων δεκατεσσάρων γενεῶν ἀριθμὸς συνίσαται πλήρης.

XIIII. Διὰ τί τοῦ τέκτονος υἱὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἐχρημάτισεν, ἀλλ' οὐ τινὸς ἐπισήμου καὶ ἐνδόξου ἀνδρός.

Οὐ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ βασιλείαν ἐπιδείξων ἐλήλυθεν· ἐπεὶ μὴ δὲ φανητικῶς καὶ ἐπιδεικτικῶς ἡμῖν παρῆν· ἡ δὲ ὁδὸς αὐτῷ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀφίξεως ἐπὶ τούτῳ ἐγίνετο, ἐφ' ᾧ τε τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον περικαθάρειτο, τὸν ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀγέλης ἀμνὸν τοῦ θεοῦ ἀντίψυχον καὶ καθάρσιον ὑπὲρ πάντων ἡμῶν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπιδούς· ἵν' οὖν ἀπαραποδίστως εἰς τέλος ἀχθείη τοῦτο, τὰ πλεῖστα τῶν αὐτοῦ θαυμάτων ἀπέκρυπτέ τε καὶ ἐπεσκίαζε, ποτὲ μὲν παραινῶν μὴ εἰς πάντας ἐκφέρειν τὰ ὑπ' αὐτοῦ πραττόμενα, ποτὲ δὲ τὰς ἐρημίας διώκων καὶ τὰς ἐν τοῖς ὄρεσι διατριβάς· καὶ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ μεταμόρφωσιν οὐδὲ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς ἅπασιν, μόνοις δὲ τρισὶν, ἐπεδείκνυτο· αὐτοῖς τε τούτοις παρεκελεύετο μηδενὶ φάναι τὸ ὅραμα, ἕως ἂν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἐγερθῇ· οὐκ ἂν δὲ ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν τὰ ἀναγεγραμμένα, εἰ εἷά τις ἔνδοξος βασιλεὺς μετὰ δορυφορίας ἐνθέου καὶ παρατάξεως ἐπῆει· ὑμοῦ καὶ τὰς ἐνθέους ἐνεργῶν παραδοξοποιΐας, ὑμοῦ καὶ κρείττονα ἑαυτὸν ἐπιδεικνὺς πάσης φύσεως· εἰκότως οὖν κατὰ τὸν ἀπόστολον *, ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών· καὶ τοῦ πένητος Ἰωσὴφ υἱὸς οὐκ ἀπηνήνατο χρηματίσαι· ἵνα καὶ οὕτως ἐπαληθεύσῃ τὸ φάσκον περὶ αὐτοῦ λόγιον * « ὅτι πλούσιος ὢν, » δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. »

* Philip. II. 7.

* II. Cor. VIII. 7.

XV. Πῶς ἐπὶ τὸν θρόνον λέγεται Δαβὶδ κεκαθικέναι 1).

α'. Διαφόρως νοεῖται ὁ θρόνος Δαβίδ· καθ' ἕνα μὲν τρόπον, καθ' ὃν εἴποι ἄν τις δηλοῦσθαι τὸν ἐφ' ᾧ ἐκαθέζετο βασιλεύων, τάχα που ἐξ ἐλέφαντος καὶ ξύλων πεποιημένον, χρυσῷ τε καὶ λίθοις βασιλικοῖς κεκοσμημένον· καθ' ἕτερον δὲ καθ' ὃν τὴν ἀρχὴν αὐτὴν καὶ τὴν κατὰ παντὸς τοῦ

1) Cum hac 'XV' quaestione conferatur ipse Eusebius demonstr. evang. lib. VII. p. 353.

ἔθνους ἡγεμονίαν, θρόνον βασιλείας εἰώθαμεν ἀποκαλεῖν· τρίτος ἂν παρὰ τοὺς εἰρημένους λεχθείη τρόπους, καθ' ὃν ὁ ἐπηγγελμένος ὑπὸ τοῦ θεοῦ τῷ Δαβὶδ θρόνος ὀνομασθείη ἂν αὐτοῦ, οὐκ ἐφ' ὃν αὐτὸς ἐκαθέσθη, ἀλλ' ὃν διὰ τῶν πρὸς αὐτὸν θεοπρεπῶν οἱ θεῖοι λόγοι περιέχουσι· γέγραπται γὰρ ἐν ὀγδοηκοστῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ· « ὡς » ὤμοσα Δαβὶδ τῷ δούλῳ μου, ἕως τοῦ αἰῶνος » ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου· καὶ οἰκοδομήσω εἰς » γενεὰν καὶ γενεὰν τὸν θρόνον σου· » καὶ πάλιν· « καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ » σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς » ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ. » καὶ πάλιν· « ἅπαξ ὤμο- » σα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι, » τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μένει, καὶ » ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ » ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα, » καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός. »

β'. Ἐπεὶ τοίνυν θρόνον ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὸν αἰῶνα διαμένοντα δώσειν ἐπήγγελτο διὰ τῶν εἰρημένων ὁ θεὸς τῷ Δαβὶδ, πολλὴ μέν τις ἦν διὰ ταῦτα τῷ παντὶ Ἰουδαίων ἔθνει προσδοκία περὶ τοῦ δηλωθέντος θρόνου· βραχὺν δὲ χρόνον τοῦ Δαβὶδ ἡγησαμένου, καὶ Σολομῶνος μετ' αὐτὸν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν διαδόχων τῆς αὐτῶν βασιλείας εἰς Ἰεχονίαν καὶ τὴν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν καταρρεψάντων, ὡς ἐξ ἐκείνου λελύσθαι τὸν θρόνον τῆς βασιλείας Δαβὶδ, ἐδόκει τὰ τῆς τῶν θείων χρησμῶν ἐπαγγελίας μὴ συνίσασθαι· τοῦτο οὖν αὐτὸ τῷ θείῳ πνεύματι πάλιν ὁ αὐτὸς ψαλμὸς προαγορεύει ἐξῆς τοῖς προπαρατεθεῖσι λέγων· « ποῦ εἰσὶ τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα » κύριε ἃ ὤμοσας τῷ Δαβὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου; » Καὶ τὴν γε καθαίρεσιν τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ τῆς διαδοχῆς αὐτοῦ, τοῦ θρόνου τε τὴν καταστροφὴν διαῤῥήδην ὑποσημαίνει πάλιν ἐξῆς διὰ τούτων· « σὺ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας, κύριε· ἀνε- » βάλου τὸν Χριστόν σου, κατέσρεψας τὴν δια- » θήκην τοῦ δούλου σου, ἐβεβήλωσας εἰς τὴν » γῆν τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ· » καὶ ἐπιφέρει, « τὸν » θρόνον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν κατέῤῥηξας. »

γ'. Ταῦτα πάντα κατὰ τὸ αὐτὸ συνάγει τὸ πνεῦμα, μονονουχὶ βουλόμενον ἡμᾶς διδάξαι, ὅτι οὐ περὶ τῆς βασιλείας τῆς αἰσθητῆς, οὐδὲ περὶ τοῦ θρόνου τοῦ σωματικώτερον νοουμένου αἱ πρὸς Δαβὶδ ἦσαν ἐπαγγελίαι· αἱ μὲν γὰρ περί τινος αἰωνίου θρόνου, ἀπεικαζομένου ἡλίῳ καὶ οὐρανῷ, διαμένοντός τε εἰς αἰῶνα, προεθέσπιζον· ἡ δέ γε τοῦ Δαβὶδ βασιλεία ἡ αἰσθητὴ, χρόνῳ λέλυτο οὐκ εἰς μακρόν· εἰκότως τοιγαροῦν

catum, thronum regni solemus vocare. Tertius, praeter praedictos, modus est, quo ille a Deo Davidi promissus thronus, dici potest thronus eius, non in quo ipse sederit, sed quem per caelestia ad eum vaticinia divinae litterae continent. Scriptum est enim in octogesimo octavo psalmo: « iuravi Da- » vidi servo meo; usque in saeculum prae- » parabo semen tuum; et thronum tuum » aedificabo in generationem et generatio- » nem. Et rursus: ponamque in saeculum » saeculi semen eius, et thronum eius si- » cut dies caeli. Et denuo: semel iuravi » in sancto meo, si Davidi mentiar; semen » eius manet in aeternum. Thronus eius tam- » quam sol in conspectu meo, et sicut lu- » na perfecta in aeternum; et testis in caelo » fidelis. »

2. Igitur quia thronum, tamquam dies caeli et tamquam solem et lunam, in saecula duraturum promiserat Davidi verbis praedictis Deus, propterea multa erat in universa Iudaeorum gente significati throni expectatio. Quumque brevi tempore principatum gessisset David, et post hunc Salomon, et reges horum successores in Iechonia ac babylonica captivitate cessavissent; ita ut post id tempus regius Davidis thronus subversus fuerit; videbantur non sibi constare divinorum oraculorum promissiones. Quamobrem eodem divino Spiritu rursum praedictus psalmus, praeter ante dicta, sic loquitur: « ubi sunt misericordiae tuae antiquae, Domine, « quas iurasti Davidi in veritate tua? » Tum etiam regni eius ac successionis excidium thronique eversionem aperte innuit in sequentibus: « tu vero repulisti et despexisti, Do- » mine; distulisti Christum tuum; evertisti » testamentum servi tui; profanasti in terra sanctuarium eius» Additque: «et thronum eius in terram collisisti. ».

3. Haec omnia summatim colligit divinus Spiritus, propemodum docere nos volens, haud visibile regnum Davidi fuisse promissum neque thronum corporaliter intelligendum. Illae quippe promissiones thronum quendam aeternum vaticinantur soli et lunae caeloque similem, quique perpetuus maneat. Atqui Davidis visibile regnum brevi tempore deletum est. Quamobrem iure quum mox di-

xisset, thronum davidici regni visibilis fuisse subversum « thronum eius in terram col- » lisisti; » tum vero throni eius gratia, quem divina oracula aeternum caelestemque aiunt, preces addit: «ubi sunt misericordiae tuae an- » tiquae, Domine, quas iurasti Davidi in ve- » ritate tua? » quibus verbis petere videtur ut promissiones sacramento firmatae exitum nanciscantur.

4. Hic nimirum thronus ille est, quem se daturum Davidi Deus iuravit, tamquam dies caeli et veluti solem in conspectu Dei: is est qui dicitur sicut luna perfecta in aeternum, et quem gens universa firmari exoptabat. Atque hunc magnus angelus Gabrihel virgini significat datum ei iri qui ex ipsa nasceretur. Quare sic illam alloquitur: « et » vocabis nomen eius Iesum: hic erit mag- » nus et filius Altissimi vocabitur: et da- » bit illi dominus Deus sedem Davidis pa- » tris eius. » Mox quem thronum intelligat, pandit: « et regnabit in domo Iacob in ae- » ternum; et regni eius non erit finis: » quae Gabrihelis dicta oraculis consonant. Olim quidem Davidi sedes aeterni regni ac caelestis promissa fuit; nunc angelus eum qui de virgine gignendus erat occupaturum ait Davidis thronum; nunciatum scilicet, neque tamen datum: is autem caelestis erat et sine fine mansurus. Erat igitur hic exitus maximi vaticinii Davidi editi omnique populo expectati, quodque Gabrihel testatur in servatore nostro Iesu Christo veridicum evasisse « regnabit in aeternum, et regni eius » non erit finis. » Quare et ipse Servator ac dominus noster quum rogaretur, num ipse esset rex Iudaeorum, respondit: regnum meum non est de hoc mundo. Nihil enim mortale aut temporale conferebat ei regni sedes: sed ipse erat in universo hominum coetu lucis instar splendens, veluti sol et sicut luna perfecta in aeternum, intellectuales animas per suam divinam caelestemque doctrinam illustrans.

5. Quod si ait, et super Iacob regnabit; cave putes, Iudaeorum gentem per Iacobum significari. Profecto qui haec narrat Lucas evangelista, quandoquidem post Servatoris

τοῦ θρόνου τῆς αἰσθητῆς βασιλείας Δαβὶδ τὴν καθαίρεσιν ὑπογράψας, καὶ εἰπὼν τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν κατέρρηξας, περὶ τοῦ διὰ τῶν θείων χρησμῶν ἐπηγγελμένου αἰωνίου καὶ οὐρανίου θρόνου ἐξῆς τὴν εὐχὴν ποιεῖται λέγων· « ποῦ » εἰσι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα κύριε, ἃ ὤμοσας » τῷ Δαβὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου; » μονονουχὶ τὰς ἐκβάσεις τῶν μεθ' ὅρκου διαβεβαιώσεως ἐπηγγελμένων αὐτῷ τέλους τυχεῖν ἀξιῶν.

δ'. Τοῦτον οὖν αὐτὸν ἐκεῖνον ὃν ὤμοσεν ὁ Θεὸς δώσειν τῷ Δαβὶδ θρόνον, τὸν ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὸν ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν ὡς σελήνην κατηρτισμένην εἰς τὸν αἰῶνα, παντὸς ἐπιζῆναι τοῦ ἔθνους εὐχομένου, ὁ μέγας ἄγγελος Γαβριὴλ τὴν παρθένον εὐαγγελίζεται τῷ ἐξ αὐτῆς γεννησομένῳ δεθήσεσθαι θεσπίζων· διὸ φησὶ πρὸς αὐτήν· « καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐ- » τοῦ Ἰησοῦν· οὗτος ἔσται μέγας καὶ υἱὸς ὑψίστου » κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ κύριος ὁ θεὸς τὸν » θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. » Ἐπιφέρει δ' οὖν ἐφεξῆς καὶ λέγει· « καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶ- » κον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ τῆς βασιλείας » αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος· » σύμφωνα τοῖς ἀπὸ τῶν χρησμῶν ἑρμηνεύων· ὁ μὲν γὰρ πρὸς τὸν Δαβὶδ περὶ θρόνου βασιλείας αἰωνίου καὶ οὐρανίου προὔλεγεν, ὁ δὲ ὡσαύτως τὸν ἐκ τῆς παρθένου γεννησόμενον λήψεσθαι φησὶ τὸν θρόνον Δαβίδ, τουτέστι τὸν τῷ Δαβὶδ ἐπηγγελμένον μέν, οὐ μὴν καὶ δεδομένον 1)· οὗτος δ' ἦν ὁ οὐράνιος καὶ εἰς αἰῶνα διαμένων· ἦν οὖν καὶ τοῦτο συμπέρασμα μεγίστης προφητείας τῷ Δαβὶδ κεχρησμένης, προσδεκωμένης τε τῷ παντὶ λαῷ, πεπληρωμένης δὲ ἐπὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὴν τοῦ Γαβριὴλ μαρτυρίαν φήσαντος· « καὶ βασιλεύσει εἰς » τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται » τέλος. » Διόπερ καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν πρὸς τὸν ἐρόμενον αὐτὸν εἰ αὐτὸς εἶη ὁ τῶν Ἰουδαίων βασιλεύς, ἀπεκρίνατο*· ἡ βασιλεία ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· οὐδὲν γὰρ θνητὸν οὐδὲ ἐπίκαιρον ἐπήγετο αὐτῷ ὁ τῆς βασιλείας θρόνος· ἀλλ' ἦν ἀληθῶς καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης, φωτὸς δίκην, ἐκλάμπων ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα, ψυχὰς νοερὰς καταυγάζων διὰ τῆς ἐνθέου καὶ οὐρανίου διδασκαλίας αὐτοῦ.

ε. Εἰ δὲ λέγοιτο ἐπὶ τὸν Ἰακὼβ βασιλεύσειν, μὴ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος νόμιζε διὰ τοῦ Ἰακὼβ δηλοῦσθαι· ὁ γοῦν ταῦτα ἱστορῶν Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ

* Joh. XVIII. 36.

1) Confer Eusebii commentarium in Lucam cap. I. 32. in hoc volumine p. 161.

σωτῆρος ἡμῶν τὴν τοῦ Γαβριὴλ φωνὴν εἰκείᾳ παραδοὺς γραφῇ, σαφῶς ἠπίστατο τὸν Ἰησοῦν οὐκ ἐπὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος τὸν σωτῆρα βεβασιλευκότα, οὐδὲ εἰς τοὺς αἰῶνας αὐτῶν ἄρξαντα, ἇν γε καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ συσκευὴν, καὶ τὴν εἰς θάνατον ἐπιβουλὴν ἀκριβῶς ἱστορεῖ· καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων τὰς κατὰ τῶν τοῦ Ἰησοῦ μαθητῶν ἐπαναστάσεις αὐτῶν· οὐκ ἂν οὖν ἐπ' αὐτοὺς βασιλεύσειν τὸν Χριστὸν τὴν φωνὴν τοῦ Γαβριὴλ νομίσας εἰρηκέναι, ὡς ἀληθῆ αὐτὴν παρελάμβανεν, εἰ μὴ πάντας τοὺς διὰ τῆς κλήσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν εἰς τὴν τῶν ἁγίων υἱοθεσίαν εἰσποιούμενος, εἶκον Ἰακὼβ ἡγήσατο κατὰ διάνοιαν δηλοῦσθαι· ὅθεν καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος ἐπιστάμενος σαφέστατα, παρίζη λέγων [*]· οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι οὐ γράμματι, οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ.

[*] Rom. II. 28.

nostri in caelum adsumptionem Gabrihelis dicta scripturae suae commendavit, probe noverat Iesum servatorem in Iudaeorum gente nequaquam regnavisse, nedum fore ut aeternum imperium in eos exerceret; quorum etiam adversus hunc molimina atque exitialia facinora narrat: neque solum in evangelio, verum etiam in actibus apostolorum, hostiles Iudaeorum impetus contra Iesu discipulos scribit. Igitur cum existimaret voce reapse Gabrihelis significari, fore ut Christus regnaret super eos; id vere dici haud iudicavisset, nisi cunctos homines vocatione Servatoris nostri ex omnibus gentibus in adoptionem adsumptos, per domum Iacobi demonstrari credidisset. Unde et divus apostolus perspicue edoctus ait: « non » enim qui in manifesto, iudaeus est: neque » quae in manifesto in carne est circumcisio; » sed qui in abscondito, iudaeus est: et circumcisio cordis in spiritu, non littera: cuius » laus non ex hominibus sed ex Deo est. »

ΙΣΤ. Πῶς ἀπὸ τῆς Βηθλεὲμ ὁ μὲν Ματθαῖος εἰς Αἴγυπτον ἱστορεῖ, ὁ δὲ Λουκᾶς εἰς Ἱερουσαλὴμ, κἀκεῖθεν εἰς Ναζαρὲθ τοὺς τῶν γονέων φέρεσθαι τὸν Ἰησοῦν;

XVI. Qui fit ut Bethleemo Matthaeus quidem in Aegyptum, Lucas autem Hierosolyma atque inde Nazarethum a parentibus delatum narret Iesum?

α'. Λουκᾶς μὲν τὸν καιρὸν ἱστορῶν τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως, τῆς Αὐγούστου βασιλείας μνημονεύει καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀπογραφῆς· φησί τε μὴ δὲ ἐσχηκέναι αὐτοὺς ἐν τῇ Βηθλεὲμ καταλυμα, πλήθους συνόντος ὡς εἰκὸς ἐν τῇ Βηθλεὲμ τῶν ἀπὸ γένους Δαβὶδ τῆς ἀπογραφῆς ἕνεκεν· διὸ μὴ δὲ εἶκον τὸν Ἰωσὴφ εὐπορεῖν· ὅθεν τεκοῦσαν φησὶ τὴν Μαρίαν σπαργανῶσαι τὸ βρέφος καὶ ἀποθέσθαι ἐν φάτνῃ, διὰ τὸ μὴ εἶναι αὐτοῖς τόπον ἐν τῷ καταλύματι· καὶ εἰκός γε ἦν πλείστων συνόντων διὰ τὴν ἀπογραφὴν μὴ εὐπορεῖν καταγωγίου· ἀλλὰ καὶ ὅτε, φησὶν, αἱ ἡμέραι ἐπλήσθησαν τοῦ περιτεμεῖν αὐτὸν, (χρὴ δὲ τοῦτο γίνεσθαι ὀγδόῃ μετὰ τὴν ἀπότεξιν ἡμέρᾳ) ἀνήγαγον τὸ παιδίον εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τελέσαντες ἐπ' αὐτῷ τὰ νενομισμένα, ἀπίασιν εἰς Ναζαρέθ· τούτων παρὰ τῷ Λουκᾷ κειμένων οὐδενὸς μνημονεύσας ὁ Ματθαῖος, παραχωρήσας δὲ τῷ Λουκᾷ τὰ εἰρημένα, ἕτερα αὐτὸς διηγεῖται· τίνα δὲ ἦν ταῦτα, ἀλλ' ἢ 1) τῶν μάγων ἀπὸ ἀνατολῆς ἄφιξις; κι-

1. Lucas dum tempus notat, quo Servator noster natus est, Augusti regnum memorat censumque sub eo descriptum. Ait autem caruisse eos Bethleemi diversorio, ob posterorum Davidis multitudinem Bethleemum, ut veri simile est, concurrentem profitendorum nominum causa: quare ne hospitium quidem Iosephus nactus est: ita ut Maria ab evangelista dicatur partum suum fasciis involvisse atque in praesepi reclinavisse, quia non erat eis locus in diversorio. Sane nil mirum est si ob confluentes ad censum turbas hospitio caruerunt. Addit Lucas: « postquam impleti sunt » dies ut circumcideretur puer (id autem fieri » oportebat octavo post partum die) tulerunt » illum Hierosolyma: peractisque circa eun» dem legitimis, Nazarethum abierunt. » Horum apud Lucam scriptorum nihil memorat Matthaeus; qui omnem id genus narrationem praedicto Lucae permisit, alia ipse persequutus. Quaenam porro? nempe Magorum ex

1) Ita codex pro ἀλλ' ἢ ἡ. Sic autem scribere solitum Eusebium, animadvertit Montfauconius praef. ad commentarios Eusebii eiusdem in psalmos cap. ult.

oriente adventum digressorum a propria regione post Iesu nativitatem, sidere ipsis notitiam nati pueri significante, neque tamen brevi tempore tantum itineris absolventium. Haud enim credibile est intra dies octo ab oriente Magos in Iudaeam usque venisse : ita ut circa idem tempus Servatorem nostrum natum esse putemus, quo isti supervenerunt. Quamquam autem interrogant « ubi est qui natus est rex » Iudaeorum ? vidimus enim stellam eius, et » venimus adorare eum ; » non tamen, ut aliquis suspicabitur, nuper natum designant, circa tempus nimirum quo ipsi interrogant ; sed eum qui tum natus fuerat cum ipsis sidus apparuit.

2. Quantum vero temporis spatium inter sidus a Magis visum, Servatore nostro nascente, atque horum Hierosolyma adventum fluxerit, idem te docebit evangelista dum ait : « tunc Herodes clam vocatis Magis, diligen- » ter didicit ab eis tempus stellae quae ap- » paruerat eis. » Quod quum adamussim ab iis rescivisset, quumque Magi ab eo clam se subduxissent « videns se illusum, iratus » est valde ; et mittens occidit omnes pue- » ros, qui erant Bethleemi, atque in cun- » ctis finibus eius, a bimatu et infra, se- » cundum tempus quod exquisiverat a Ma- » gis. » Biennium ergo elapsum fuerat a Iesu nativitate ad Magorum adventum. Neque dissident sacri evangelistae ; etiamsi Lucas octavo a nativitate die ducat eum cum parentibus Hierosolyma legitimorum causa explendorum, atque inde transferat Nazarethum ; Matthaeus autem post biennium rursus Bethleemi versantes scribat ; atque hinc in Aegyptum secessisse propter regis insidias. Credibile vero est, eos non secundo solum sed saepenumero rediisse ad eundem locum, admirabilis illius eventus gratia. Indubitanter itaque demonstratum est non idem esse tempus, quo secundum Lucam natus est Servator noster, atque illud quo secundum Matthaeum venerunt in conspectum Iesu Magi ab oriente.

3. Quod autem non idem sit apud utrumque evangelistam tempus, alia quoque ratione colligitur. Lucas enim ait non invenisse eos hospitium Bethleemi : ideoque et a matre reclinatum puerum in praesepi, quia non erat eis locus in diversorio ; ut credibile est,

νησάντων μὲν ἀπὸ τῆς οἰκείας γῆς ἅμα τῷ γεννηθῆναι τὸν Ἰησοῦν, ἀστέρος αὐτοῖς τὴν γνῶσιν τῆς γεννήσεως ὑποφήναντος, εὐθήπου δὲ τὴν τοσαύτην στειλαμένων πορείαν καιρῷ βραχεῖ· εὐ γὰρ ἐν ἡμέραις ὀκτὼ τὴν ἀπὸ ἀνατολῶν ὁδὸν εἰκὸς αὐτοῖς ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν ἠνῦσθαι, ὡς τὸν αὐτὸν νομίσαι εἶναι καιρὸν τῆς τε τούτων ἀφίξεως, καὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως· εἰ δὲ καὶ πυνθανόμενοι λέγουσι, ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων ; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ, οὐ τὸν σήμερον τεχθέντα, ὡς ἄν τις ὑπολάβοι, καθ' ὃν ταῦτα ἐπυνθάνοντο χρόνον δηλοῦσιν, ἀλλὰ τὸν τότε γενόμενον ὅτε αὐτοῖς ὁ ἀστὴρ ἐπέφανε.

β'. Πόσος δὲ ἦν οὗτος ὁ μεταξὺ χρόνος, τοῦ τε φανέντος τοῖς μάγοις ἐπὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως ἀστέρος, καὶ τῆς αὐτῶν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα παρουσίας, αὐτός σε διδάξει ὁ εὐαγγελιστὴς λέγων· « τότε Ἡρῴδης λάθρα καλέσας τοὺς » μάγους, ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ » φαινομένου ἀστέρος. » καὶ ὡς ἂν ἀκριβώσας παρ' αὐτῶν, μαθὼν ὅστις ἦν οὗτος, μετὰ τὸ ἀναχωρῆσαι λάθρα τοὺς μάγους, ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη, ὑπ' αὐτῶν, ἐθυμώθη λίαν, καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων· οὐκοῦν διετὴς χρόνος ἤδη παρεληλύθει ἀπὸ τῆς Ἰησοῦ γενέσεως καὶ ἐπὶ τὴν ἄφιξιν τῶν εἰρημένων· οὐκ ἄρα διαφωνεῖ τὰ παρὰ τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελισταῖς, εἰ ὁ μὲν Λουκᾶς ὀγδόῃ τῆς γενέσεως ἡμέρᾳ ἀνάγει αὐτὸν ἅμα τοῖς γονεῦσιν εἰς Ἱερουσαλὴμ τῆς τῶν νομίμων ἐκπληρώσεως ἕνεκα, κἀκεῖθεν ἀπάγει ἐπὶ τὴν Ναζαρέθ· ὁ δὲ Ματθαῖος μετὰ διετῆ χρόνον γενομένους πάλιν ἐν Βηθλεὲμ ἀναγράφει, ἐντεῦθέν τε εἰς Αἴγυπτον ἀπεληλυθέναι φησὶ διὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἐπιβουλήν· καὶ ἦν εἰκὸς οὐ μόνον δεύτερον ἀλλὰ καὶ πλειστάκις ἐπιφοιτᾶν αὐτοὺς τῷ τόπῳ, μνήμης τοῦ παραδόξου χάριν· δείκνυται γοῦν ἀναμφιβόλως οὐχ' ὁ αὐτὸς ὢν καιρὸς ἐς ὃν γεγέννηται κατὰ τὸν Λουκᾶν ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἐν ᾧ τε κατὰ τὸν Ματθαῖον ὑπήντησαν οἱ ἐξ ἀνατολῶν μάγοι.

γ'. Ὅτι δὲ μὴ εἷς ἦν ὁ παρ' ἀμφοτέρεις τοῖς εὐαγγελισταῖς χρόνος, καὶ ἄλλως ἐξ συλλογίσασθαι· Λουκᾶς φησὶ μὴ εὑρηῆσαι αὐτοὺς καταγωγίου ἐν τῇ Βηθλεέμ· διὸ καὶ τεκοῦσαν ἀνακλῖναι τὸ παιδίον ἐν φάτνῃ, διὰ τὸ μὴ εἶναι τόπον ἐν τῷ καταλύματι, ὡς εἰκὸς, τῆς ἀπογρα-

φῆς ἕνεκεν πάντων πανταχόθεν τῶν ἐξ εἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ συντρεχόντων εἰς τὴν εἰρημένην πόλιν, διά τε τὸ πλῆθος τῶν ἐπιξενουμένων αὐτόθι μὴ εὑπορούντων καταλύματος· ὁ δὲ Ματθαῖος « ἀκούσαντες, φησὶν, οἱ μάγοι τοῦ βα» σιλέως Ἡρώδου, ἐπορεύθησαν εἰς Βηθλεέμ· » καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστὴρ ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ » προῆγεν αὐτοὺς, ἕως οὗ ἦν τὸ παιδίον μετὰ » Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ· καὶ πεσόντες προσ» εκύνησιν αὐτῷ· » ἀλλ' οὐκ ἐν φάτνῃ κείμενον οὗτοι καταλαμβάνουσι τὸ παιδίον ὁμοίως τοῖς ποιμέσιν, ἀλλ' ἔνδον ἐν οἰκίᾳ μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ θεωροῦσι· καίτοι Λουκᾶς ἔφησε μὴ εἶναι τόπον αὐτοῖς ἐν τῷ καταλύματι· πῶς οὖν ὁ Ματθαῖος οἰκίαν αὐτοῖς ἀφορίζει; ἀλλ' ἐπεὶ Λουκᾶς τὸν καιρὸν ἱστορεῖ τῆς γενέσεως, οὗτος δ' ἦν ὁ τῆς ἀπογραφῆς, καθ' ὃν πανδημεῖ συνέτρεχον οἱ τῷ αὐτῷ γένει προσήκοντες ἐν τῇ τοῦ Δαβὶδ πόλει, ὁ δὲ Ματθαῖος τὰ μετὰ δύο ἐτῶν χρόνους ἱστορεῖ (τοσοῦτος γὰρ ἦν ὁ χρόνος ὃν Ἡρώδης παρὰ τῶν μάγων ἠκρίβωσεν·) ὥσε σχολῆς οὔσης ἐν τῇ Βηθλεὲμ, κατὰ τὸν Ματθαῖον εὐπόρουν καταγωγίου· διὸ εἰσελθόντες οἱ μάγοι εἰς τὴν οἰκίαν, εἶδον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ· καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ· καὶ αὕτη μὲν ἡ τοῦ ζητηθέντος λύσις.

Ταῦτά σοι ἐξ ἡμῶν, ἱερώτατε ἀνδρῶν καὶ φιλοπονώτατε υἱὲ Στέφανε, γνησίας ὄντα δείγματα διαθέσεως, ἀνακείσθω 1).

census causa, confluentibus undique in dictam urbem gentilibus posterisque Davidis; ideoque ob advenarum multitudinem copia hospitii negata. Matthaeus autem « Magi au» dito, inquit, Herode rege, Bethleemum ab» ierunt. Et ecce stella, quam viderant in » oriente, antecedebat eos, dōnec veniens » staret supra ubi erat puer cum Maria ma» tre eius. Et procidentes adoraverunt eum. » Atqui non in praesepi ab his deprehenditur infans, ut a pastoribus, sed intra domum cum matre visitur. Porro Lucas dixerat non fuisse locum eis in diversorio. Quomodo igitur Matthaeus domum illis attribuit? Sed quoniam Lucas tempus narrat nativitatis, quo nimirum census peragebatur, cunctique Davidis posteri catervatim ad eiusdem urbem concurrebant; contra a Matthaeo res post biennium gestae scribuntur (tantundem enim tempus fuit quod Herodes exquisiverat a Magis); tum demum vacua iam peregrinis urbe, copiam iuxta Matthaeum diversorii nacti sunt. Quare ingressi domum Magi invenerunt puerum cum Maria matre eius; et procidentes adoraverunt eum. Atque haec quaestionis solutio est.

Haec a me tibi, hominum sanctissime et sollertissime fili Stephane, veri indicia amoris dicata sunto.

1) Duos fuisse hos ad Stephanum libros dicet mox Eusebius; quantae autem latitudinis, divinare non possumus: nam breviator anonymus ne illorum quidem divisionem servavit. Item utrum quaestiones omnes, etsi contractas, retinuerit, an aliquas levioris fortasse momenti, quod vix credo, subtraxerit, aeque obscurum est. Illud tamen pro certo habendum, partem utiliorem ac medullam propemodum operis eusebiani tum ad Stephanum tum etiam ad Marinum, in hac nos Epitome recuperavisse. Et sane mirari licet tot a laboriosissimo Eusebio scripta opera ad christianae religionis expositionem atque tutelam, nempe historiam eccl., praeparationem, demonstrationem, theophaniam, quaestiones evangelicas, et contra Iulianum, Hieroclem, atque Marcellum etc. Quin etiam deperditae eius generalis *isagogae*, fragmenta aliquot nos, postea recitaturi sumus ex Anastasio vaticano desumpta. Quos dum, inquam, labores demiramur, venit in mentem corrigendam videri interpretationem Auberti (cui nos quoque olim credidimus) in Iuliani imp. fragmento apud s. Cyrillum lib. VII. contra Iul. ed. Spanhemii p. 222, ubi verba Iuliani ὁ μοχθηρὸς Εὐσέβιος latine vertuntur *nequam Eusebius*. Atqui eo loco Iulianus in Eusebium non invehitur, sed eius tantum sententiam circa Hebraeorum doctrinam artesque memorat. Ergo retrahendus mihi accentus videtur, ut sit μόχθηρος *laboriosus;* quod maxime epithetum Eusebio laboris herculei viro congruit. Dicatur itaque in eo fragmento non *nequam*, sed *laboriosus Eusebius*.

ΕΚΛΟΓΗ ΕΝ ΣΥΝΤΟΜΩι

ΕΚ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΡΟΣ ΜΑΡΙΝΟΝ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΙΣ ΖΗΤΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΛΥΣΕΩΝ 1).

EPITOME SELECTA

EX EIUSDEM EUSEBII AD MARINUM

QUAESTIONUM EVANGELICARUM LIBRO.

Ambiguarum quaestionum ac solutionum, quae circa divinorum evangeliorum initia occurrunt, quum iam duos scripserim libros, venio nunc, mediis praetermissis, ad extrema quae semper apud omnes controversa fuerunt: divina fortasse voluntate per mandata tua nos ad id excitante, Marine fili mihi spectatissime ac sollertissime. Rogas autem primum:

I. Quomodo apud Matthaeum videatur Servator sero sabbatorum resurrexisse, apud Marcum autem mane una sabbatorum.

1. Quaestionis huius duplex solutio est. Qui rei caput ipsum, id est sectionem in qua id narratur delet, dicet eam non in cunctis haberi exemplaribus evangelii secundum Mardum Marcum. Accurati enim codices historiam secundum Marcum in sermone iuvenis concludunt mulieribus visi, dicentisque ipsis: nolite timere: Iesum quaeritis nazarenum; et cetera quae ibidem subiicit; quibus illae auditis fugerunt, neminique quicquam dixerunt timore correptae. Hoc enim loco in cunctis prope exemplaribus evangelium Marci concluditur. Sequentia autem quae

Τῶν ἐν τοῖς θεοπνεύστοις εὐαγγελίοις περὶ τὴν ἀρχὴν ἀπορευμένων ζητημάτων καὶ λύσεων, δύο πεπονημένους ἤδη πρότερον συγγράμματα, παρεὶς νῦν, τὰ μέσα παρελθών, ἔπειτα πρὸς τῷ τέλει τῶν αὐτῶν πάντοτε τοῖς πᾶσι ζητούμενα· τάχα που τῆς τοῦ θεοῦ βουλῆς διὰ τῶν σῶν ἐπιταγμάτων ἐπὶ τοῦτο ἡμᾶς παρορμησάσης, Μαρῖνε υἱὲ τιμιώτατέ μοι καὶ φιλοπονώτατε· ἠρώτας δὲ τὸ πρῶτον·

I. Πῶς παρὰ μὲν τῷ Ματθαίῳ ὀψὲ σαββάτων φαίνεται ἐγηγερμένος ὁ σωτήρ, παρὰ δὲ τῷ Μάρκῳ πρωὶ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων.

α'. Τούτου διττὴ ἂν εἴη ἡ λύσις· ὁ μὲν γὰρ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ τὴν τοῦτο φάσκουσαν περικοπὴν ἀθετῶν, εἴποι ἂν μὴ ἐν ἅπασιν αὐτὴν φέρεσθαι τοῖς ἀντιγράφοις τοῦ κατὰ Μάρκον εὐαγγελίου· τὰ γοῦν ἀκριβῆ τῶν ἀντιγράφων 2) τὸ τέλος περιγράφει τῆς κατὰ τὸν Μάρκον ἱστορίας ἐν τοῖς λόγοις τοῦ ὀφθέντος νεανίσκου ταῖς γυναιξὶ καὶ εἰρηκότος αὐταῖς «μὴ φοβεῖσθε, Ἰη» σοῦν ζητεῖτε τὸν ναζαρηνόν·» καὶ τοῖς ἑξῆς, οἷς ἐπιλέγει· «καὶ ἀκούσασαι ἔφυγον, καὶ οὐ» δενὶ οὐδὲν εἶπον, ἐφοβοῦντο γάρ.» Ἐν τούτῳ γὰρ σχεδὸν ἐν ἅπασι τοῖς ἀντιγράφοις 3) τοῦ κατὰ Μάρκον εὐαγγελίου περιγέγραπται τὸ τέλος·

1) Recole dicta a nobis in monito p. 217. Legendus autem est divus Hieronymus epist. LIX, et praesertim CXX, qui Eusebii ad Marinum quaestiones prorsus expilat, quaeque eclogarius noster detraxit, apte compensat.

2) Omitti heic nequit, quamquam ab aliis iam citatum, Severi antiocheni contrarium prorsus Eusebio scholion, quod etiam in cod. vat. 358. f. 170. b. legitur. Ἡμεῖς δὲ ἐξ ἀκριβῶν ἀντιγράφων, ὡς ἐν πλείστοις εὑρόντες αὐτά, κατὰ τὸ παλαιστιναῖον εὐαγγέλιον Μάρκου, ὡς ἔχει ἡ ἀλήθεια, συντεθείκαμεν· καὶ τὴν ἐν αὐτῇ δεσποτικὴν ἀνάστασιν μετὰ τό, ἐφοβοῦντο γάρ: *nos autem in accuratis exemplaribus plurimis partem hanc compertam, secundum palaestinum Marci evangelium, prout veritas postulat, apposuimus; et Domini resurrectionem post illa verba: timebant enim.*

3) Contradicit omnino scholion graecum: ἐν πολλοῖς δὲ καὶ ταῦτα φέρεται, ἀναστὰς κ. τ. λ. *in exemplaribus multis habentur etiam sequentia, resurgens etc.*

τὰ δὲ ἑξῆς σπανίως ἔν τισιν ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσι φερόμενα περιττὰ ἂν εἴη, καὶ μάλιστα εἴπερ ἔχοιεν ἀντιλογίαν τῇ τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν μαρτυρίᾳ· ταῦτα μὲν οὖν εἴποι ἄν τις παραιτούμενος καὶ πάντη ἀναιρῶν περιττὸν ἐρώτημα 1). Ἄλλος δέ τις οὐδ' ὁτιοῦν τολμῶν ἀθετεῖν τῶν ὁπωσοῦν ἐν τῇ τῶν εὐαγγελίων γραφῇ φερομένων, διπλῆν εἶναι φησὶ τὴν ἀναγνωσιν, ὡς καὶ ἐν ἑτέροις πολλοῖς, ἑκατέραν τε παραδεκτέαν ὑπάρχειν, τῷ μὴ μᾶλλον * ταύτην ἐκείνης, ἢ ἐκείνην ταύτης, παρὰ τοῖς πιστοῖς καὶ εὐλαβέσιν ἐγκρίνεσθαι.

* Cod. ἄλλον.

β'. Καὶ δὴ τοῦδε τοῦ μέρους συγχωρουμένου εἶναι ἀληθοῦς, προσήκει τὸν νοῦν διερμηνεύειν τοῦ ἀναγνώσματος· εἰ γοῦν διελείμην τὴν τοῦ λογου διάνοιαν, οὐκ ἂν εὕροιμεν αὐτὴν ἐναντίαν τοῖς παρὰ τοῦ Ματθαίου ὀψὲ σαββάτων ἐγηγέρθαι τὸν σωτῆρα λελεγμένοις· τὸ γὰρ « ἀναστὰς » δὲ πρωὶ τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου » κατὰ τὸν Μάρκον, μετὰ διαστολῆς ἀναγνωσόμεθα· καὶ μετὰ τὸ ἀναστὰς δὲ, ὑποστίξομεν· καὶ τὴν διάνοιαν ἀφορίσομεν τῶν ἑξῆς ἐπιλεγομένων· εἶτα τὸ μὲν ἀναστὰς ἄν, ἐπὶ τὴν παρὰ τῷ Ματθαίῳ ὀψὲ σαββάτων· τότε γὰρ ἐγήγερτο· τὸ δὲ ἑξῆς ἑτέρας ὂν διανοίας ὑπερατικὸν, συνάψωμεν τοῖς ἐπιλεγομένοις· πρωὶ γὰρ τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου ἐφάνη Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ· τοῦτο γοῦν ἐδήλωσε καὶ ὁ Ἰωάννης πρωὶ καὶ αὐτὸς τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου ὤφθαι αὐτὸν τῇ Μαγδαληνῇ μαρτυρήσας· οὕτως οὖν καὶ παρὰ τῷ Μάρκῳ πρωὶ ἐφάνη αὐτῇ· οὐ πρωὶ ἀναστὰς, ἀλλὰ πολὺ πρότερον κατὰ τὸν Ματθαῖον ὀψὲ τοῦ σαββάτου· τότε γὰρ ἀναστὰς ἐφάνη τῇ Μαρίᾳ, οὐ τότε ἀλλὰ πρωΐ· ὡς παρίστασθαι ἐν τούτοις καιροὺς δύο· τὸν μὲν γὰρ τῆς ἀναστάσεως τὸν ὀψὲ τοῦ σαββάτου· τὸν δὲ τῆς

raro in aliquot, non in omnibus; occurrunt, supervacanea videntur, praesertim si repugnent ceterorum evangelistarum testimonio. Haec fortasse dicet aliquis, detrectans atque omnino perimens superfluam quaestionem. Alius vero quisquam nihil omnino delere audens eorum quae utcumque scripturae evangelicae commendata fuerunt, duplicem esse dicet lectionem, ut saepenumero alias; et utramque esse recipiendam; quoniam credentium ac religiosorum iudicium haud huic potius quam illi accedit 2).

2. Age vero si rem ita se habere conceditur, lectionis modus ac significatus enucleandus est. Si igitur dividemus Marci sententiam, profecto aut comperiemus contrariam iis quae dicuntur apud Matthaeum, nempe quod sero sabbatorum Servator surrexerit. Nam Marci illud *cum surrexerit mane una sabbati* cum distinctione legemus, ita ut post *cum surrexisset autem* ad Matthaei verba referemus *sero sabbatorum;* tunc enim surrexerat. Sequentia vero, quae aliam sententiam continent, copulabimus cum iis quae adduntur: mane enim una sabbati apparuit Mariae Magdalenae. Hoc declaravit etiam Iohannes, mane et ipse una sabbati apparuisse Iesum Magdalenae testificans. Sic igitur et apud Marcum mane illi apparuit; non mane redivivus, sed multo prius, secundum Matthaeum, sero scilicet sabbatorum: quo quum tempore revixisset, Mariae non tunc sed mane se conspiciendum obtulit. Quare his verbis duo repraesentantur tempora; unum resurrectionis, nempe sero sabbati; alterum Servatoris apparentis, nempe mane: de quo

1) Quae hic adnotari queunt de codicum graecorum et de veterum interpretum auctoritatibus, ea partim extant apud Millium atque Wetstenium, quibus adde posteriores clari nominis criticos, Marci editores, Griesbachium, Matthaeium, Alterum, Birchium, Scholzium, et Tischendorfium. Matthaeius in primis et Scholtzius prolixa animadversione Marci hoc incrementum ex auctoritate graecae ecclesiae novisque multis documentis invicte tuentur. Ac iamdiu quidem catholici critici, post tridentini concilii decretum, locum hunc egregie propugnaverant. Rei certe antiquitatem satis abundeque confirmat vel unius Ulphilae auctoritas, qui Marci caput integrum interpretatus est: quod gothicum testimonium haud scio an critici satis agnoverint vel pro dignitate aestimaverint. Codex vaticano-palatinus, ex quo Eusebium producimus, post octavum versum habet quidem vocem τέλος, ut alibi interdum observatum fuit, sed tamen ibidem eadem manu subscribitur incrementum cum progredientibus sectionum notis. Iam quod Eusebius in praedicto vat. pal. codice (aliisque nonnullis, teste scholiasta apud Birchium) sectiones non ultra octavum versiculum in canone scripsit, is nunc demum videtur sententiam suam immutare, dum religionem eorum mox laudat, qui nihil ex evangelicis paginis delere audent. Profecto verbis Eusebii mirifice confirmatur illorum opinio, qui Marci clausulam idcirco desideratam aiunt in tot veterum exemplaribus, quia eam de industria multi deleverant ob apparentem ab aliis evangelistis discrepantiam. Porro et prior illa adfirmatio Eusebii de codicibus accuratis, qui defectum huius pericopae prae se tulerint, commode infirmatur in Victoris catena apud Matthaeium et Birchium et in cod. vat. 358. p. 170. b., ubi immo accurata (ἀκριβῆ) exemplaria continere dicuntur universam hanc Marci clausulam.

2) Notabile Eusebii dictum de illis etiam sacrae scripturae partibus retinendis, quae aliquando controversae fuerunt! Audiant hoc qui non solum minimas partes resecant, veluti caeleste testimonium ep. apud I. Ioh. V. 7, verum etiam maiores, et quidem integros libros deuterocanonicos.

postremo loquitur Marcus: qui locus cum distinctione legendus est, videlicet « cum surre- » xisset. Hinc facta interpunctione, reliqua dicenda sunt « una sabbati apparuit Mariae » Magdalenae, de qua eiecerat septem daemonia. »

τοῦ σωτῆρος ἐπιφανείας, τὸν πρωΐ, ὃν ἔγραψεν ὁ Μάρκος εἰπών (ὃ καὶ μετὰ διαστολῆς ἀναγνωστέον) ἀναστὰς δέ· εἶτα ὑποστίξαντες, τὸ ἑξῆς ῥητέον, πρωΐ τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου ἐφάνη Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια.

II. Quomodo Magdalena, quae secundum Matthaeum sero sabbatorum resurrectionem viderat, eadem secundum Iohannem stans flebat apud monumentum una sabbati.

II. Πῶς κατὰ τὸν Ματθαῖον ὀψὲ σαββάτων ἡ Μαγδαληνὴ τεθεαμένη τὴν ἀνάστασιν, κατὰ τὸν Ἰωάννην ἡ αὐτὴ ἑστῶσα κλαίει παρὰ τῷ μνημείῳ τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου 1).

1. Nulla erit his in locis quaestio, si sero sabbatorum haud intelligemus dici vespertinum tempus post sabbati diem, ut quidam existimaverunt, sed serotinum concubiumque noctis tempus post sabbatum. Sic enim et sero horae solemus dicere, et sero temporis, et serius quam rei usus postulavisset; neque idcirco vesperam significamus, neque tempus post solis occasum, sed quod magnopere serum sit. Quare se ipsum veluti Matthaeus interpretans postquam dixit sero *sabbatorum*, ait *quae illucescit*, nempe hora quae deinceps suberat atque illucescebat in diem dominicum; quae nempe iam sera erat et longius a sabbato elapsa. Id vero tempus a scripturae evangelicae interprete *sero sabbati* appellatum est. Namque ipse Matthaeus hebraica lingua edidit evangelium; ab eo autem qui in graecam transtulit, illucescens hora in diem dominicum, *sero sabbatorum* appellata fuit: ita ut idem fere tempus intelligatur, aut valde proximum, apud evangelistas diversis nominibus designatum: nihilque differat Matthaeus dicens « sero autem » sabbatorum, quae lucescit in unam sabbatorum, venit Maria Magdalene, et altera » Maria videre sepulcrum, » a Iohanne qui ait: « una autem sabbatorum venit Maria Magdalena mane ad monumentum, cum adhuc » tenebrae essent. » Late enim unum idemque significatur tempus variis nominibus. Matthaeo *sero sabbatorum* dicente pro *tardius*, et *mane* pro *nocte serotina*, interpres addidit *cum adhuc tenebrae essent*, ne quis auroram dici

α'. Οὐδὲν ἂν ζητηθείη κατὰ τοὺς τόπους, εἰ τὸ ὀψὲ σαββάτων μὴ τὴν ἑσπερινὴν ὥραν τὴν μετὰ τὴν ἡμέραν τοῦ σαββάτου λέγεσθαι ὑπολάβωμεν, ὥς τινες ὑπειλήφασιν, ἀλλὰ τὸ βραδὺ καὶ ὀψὲ τῆς νυκτὸς τῆς μετὰ τὸ σάββατον· οὕτω γὰρ καὶ ὀψὲ τῆς ὥρας εἰώθαμεν λέγειν, καὶ ὀψὲ τοῦ καιροῦ, καὶ ὀψὲ τῆς χρείας· οὐ τὴν ἑσπέραν δηλοῦντες, οὐδὲ τὸν μετὰ ἥλιον δυσμὰς χρόνον, τὸ δὲ σφόδρα βράδιον τοῦτο σημαίνοντες τῷ τρόπῳ· ὅθεν ὥσπερ διερμηνεύων αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ Ματθαῖος μετὰ τὸ ὀψὲ σαββάτων, ἐπήγαγε τῇ ἐπιφωσκούσῃ φησί· δηλαδὴ ὥρᾳ τῇ λοιπὸν ἤδη ὑποφαινούσῃ, καὶ ἐπιφωσκούσῃ εἰς τὴν κυριακὴν ἡμέραν, ἥτις ἦν ὀψὲ καὶ σόρρω λοιπὸν ἐλαύνουσα τῶν σαββάτων· λέλεκται δὲ ὀψὲ τοῦ σαββάτου παρὰ τοῦ ἑρμηνεύσαντος τὴν γραφήν· ὁ μὲν γὰρ εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος ἑβραΐδι γλώττῃ παρέδωκε τὸ εὐαγγέλιον· ὁ δὲ ἐπὶ τὴν ἑλλήνων φωνὴν μεταβαλὼν αὐτό, τὴν ἐπιφωσκοῦσαν ὥραν εἰς τὴν κυριακὴν ἡμέραν, ὀψὲ σαββάτων προσεῖπεν· ὥστε τὸν αὐτὸν σχεδὸν νοεῖσθαι καιρὸν, ἢ τὸν σφόδρα ἐγγύς, παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς διαφόροις ὀνόμασι τετηρημένον· μηδέν τε διαφέρειν Ματθαῖον εἰρηκότα « ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν » σαββάτων ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ ἡ » ἄλλη Μαρία θεωρῆσαι τὸν τάφον » Ἰωάννου φήσαντος « τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων ἔρχεται » Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ πρωΐ εἰς τὸ μνημεῖον » ἔτι σκοτίας οὔσης. » πλατυκῶς γὰρ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν δηλοῦσι * χρόνον διαφόροις ῥήμασι· ὁ μέν Ματθαῖος ὀψὲ, ἀντὶ τοῦ βράδιον· καὶ ὀψὲ τῆς νυκτὸς ὀνομάσας πρωΐ, ὁ διερμηνεύων ἐπήγαγε τὸ σκοτίας οὔσης, ἵνα μή τις τὸν ἔρ-

* cod. δηλουν.

1) Quae in his quaestionibus posthinc dicuntur de temporibus discrepantibus, et de pluribus Mariis diversisque angelis, ea partim edita fuerunt a Combefisio in novo Patrum auctario, et a Matthaeio in anecdotis moscuensibus, quamquam non sine varietatibus. Quippe hae Eusebii lucubratiunculae passim occurrunt in codicibus, tum aliis tum vaticanis, ita ut eas olim latine quoque interpretatus fuerit Ambrosius mediolanensis, monachus casinas, teste Sixto in bibliotheca.

ξρον λέγειν αὐτὸν ὑπολάβοι· ὡς καὶ ὁ Ματθαῖος τῷ ὀψὲ σαββάτων, ἵνα μὴ τὴν ἑσπερινὴν ὥραν νομίσειέ τις λέγεσθαι, προσέθηκε τὸ τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων· ἐπεὶ καὶ ἀκριβῶς οὕτος σαββάτου εἶπεν τὴν ὀψίαν, μή τις τὴν ἑσπέραν ὑπολάβοι λέγεσθαι τὴν μετὰ ἥλιου δυσμὰς, ἀλλὰ σαββάτων φησὶν ὀψέ.

β'. Ἔθος δὲ ὅλην τὴν ἑβδομάδα σάββατον καλεῖν, καὶ πάσας τὰς ἡμέρας οὕτως ὀνομάζειν. Λέγεται γοῦν παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων· ἐν δὲ τῇ συνεθείᾳ, δευτέρα σαββάτων, καὶ τρίτη σαββάτων, καὶ τετάρτη σαββάτων· οὕτως οὖν ὁ Ματθαῖος τὸν καιρὸν τὸν ἐπιφαύσκοντα εἰς τὴν ἑῴ τῆς κυριακῆς ἡμέρας, σαββάτων ὀψὲ ὠνόμασεν· οὐκ εἰπὼν ἑσπέραν τοῦ σαββάτου, οὐδὲ ὀψὲ σαββάτου· ἐπεὶ ἐχρῆν ἡμᾶς τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου μετὰ ἥλιου δυσμὰς ἑσπέρας γινομένης ἀπονηστίζεσθαι· καὶ οὐκέτι τὴν κυριακὴν ἡμέραν ἀγαλλιᾶν, ἀλλὰ τὴν ἑσπέραν τοῦ σαββάτου, εἴπερ τοῦτ' ἐδήλου ὁ εὐαγγελιστής· ἀλλ' οὐχ' ἑσπέρας τοῦ σαββάτου εἰώθαμεν τὰς νηστείας καταλύειν, ἀλλ' ἤ νυκτὸς ἐπιλαβούσης αὐτῷ μεσονυκτίῳ, καὶ ἢ περὶ ἀλεκτόρων βοὰς, ἢ ἀμφὶ τὸν ὄρθρον· ὥσε καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, καὶ ἐκ τῆς κεκρατηκυίας ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ συνηθείας, τὸν διὰ τοῦ ὀψὲ σαββάτων δηλούμενον καιρὸν, μὴ τὴν ἑσπερινὴν ὥραν εἶναι, ἀλλὰ ταύτην ἣν Ματθαῖος αὐτὸς παρέστησεν εἰπὼν τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων· οὐδὲ γὰρ λόγον εἶχε κατὰ τὴν ἑσπέραν τοῦ σαββάτου τοιούτων θαυμάτων ἀμφὶ τὸ μνημεῖον τοῦ σωτῆρος ἀποτελουμένων, μὴ οὐχὶ πάντας τοὺς τὴν πόλιν οἰκοῦντας μαθεῖν τὰ γινόμενα, καὶ συνδρομὴ γεγόνει ἐπὶ τὸ μνῆμα, πάντων ἐγρηγορότων· ἀκόλουθον δὲ ἦν ἀνατραπέντος τοῦ λίθου παραδόξως, παραχρῆμα σπεῦσαι τοὺς φρουροὺς τὰ πραχθέντα δηλῶσαι, τῆς ὥρας αὐτοῖς ἐπιτρεπούσης· οἱ δὲ καὶ διδάσκονται τῇ ὑστεραίᾳ ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων διαφημίσαι εἰς πάντας, ὅτι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς ἐλθόντες ἔκλεψαν αὐτὸν ἡμῶν κοιμωμένων· ὃ δὴ χώραν οὐκ εἶχεν πλάττεσθαι αὐτοὺς εἰ τῇ ἑσπέρᾳ ἐγήγερτο· ἀλλὰ γὰρ ἡγοῦμαι διὰ τούτων ἀποδείκνυσθαι τὸ παρὰ τῷ Ματθαίῳ λεγόμενον ὀψὲ σαββάτων, μὴ τὴν ὀψινὴν ὥραν τοῦ σαββάτου σημαίνειν, μὴ δὲ τὸν ἑσπερινὸν καιρὸν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Ματθαῖος ἐπήγαγεν τὴν ἐπιφώσκουσαν ὥραν εἰς μίαν σαββάτων, ἥτις ἦν τρωὶ, ἔτι σκοτίας οὔσης κατὰ τὸν Ἰωάννην· οὕτω γὰρ ἡ συμφωνία συνδράμοι ἂν τῶν εὐαγγελικῶν φωνῶν· ὡς καιροῦ μὲν ἑνὸς δι' αὐτῶν σημαινομένου, ἀναλλαττόντων

ab illo putaret. Sicuti etiam Matthaeus verbis *sero sabbatorum*, ne quis de vespertino tempore cogitaret, addidit *quae lucescit in unam sabbatorum*. Et quidem accurate is expressit seram horam, ne quis vesperam opinaretur esse post solis occasum horam; nempe ait *sero sabbatorum*.

2. Consuetudo autem fuit ut universa hebdomada diceretur sabbatum, immo ut dies singuli sic appellarentur. Dicitur ergo apud evangelistas *una sabbatorum*. Et quidem in vulgari consuetudine *secunda sabbatorum*, *tertia sabbatorum*, *quarta sabbatorum*. Sic ergo Matthaeus tempus illucescens in diem dominicum *sero sabbatorum* vocitavit. Secus vero oporteret nos die sabbati post solis occasum, vespere facto, ieiunium polluere: neque die dominico iubilare, sed potius vespere sabbati; si quidem ita intelligendus esset evangelista. Atqui non vespere sabbati solemus ieiunia polluere, sed nocte medium cursum iam tenente, aut circa gallicinium vel auroram: ita ut et facto ipso et inveterata in Dei ecclesiis consuetudine, tempus significatum per verba *sero sabbatorum*, haud vespertina hora sit, sed quam Matthaeus exhibet dum ait: *quae illucescit in unam sabbatorum*. Neque enim commode accidissent vespere sabbati talia prodigia circa Servatoris monumentum; ne scilicet passim urbis incolae rem cognoscerent, fieretque concursus ad tumulum, vigilantibus omnibus. Consentaneum quippe erat, lapide prodigiose revoluto, statim convolare custodes, hora id concedente, ad ea quae evenerant renuncianda. Et quidem hi docentur die postero a sacerdotibus ut rumorem in vulgus serant, venisse noctu discipulos Iesu ad furandum corpus dum ipsi somno indulgerent; id quod ab eis fingi haud opus fuisset, si vespere Iesus resurrexisset. Itaque existimo ex his demonstrari, id quod ait Matthaeus *sero sabbatorum*, haud significare serotinam sabbati horam neque tempus vespertinum; namque ipse Matthaeus addit: *hora quae lucescit in unam sabbatorum;* mane videlicet dum adhuc tenebrae essent, secundum Iohannem. Sic enim harmonia fiet evangelicarum vocum, veluti uno tempore ab ipsis significato, quod tamen in singulis mu-

tatur scripulis, ita ut intra unam eandemque horam principium liceat cogitare, medium, et finem.

3. Haud igitur a veritate aberraveris, si a Iohanne initium resurrectionis Servatoris nostri dicas significari, apud quem Magdalena mane, dum adhuc tenebrae essent, semel atque iterum ad monumentum progressa, Servatoris corpore haud invento, flet: quia nemini adhuc resurrectio eius explorata erat. Est autem eius horae pars altera tempus id de quo Matthaeus loquitur; cum videlicet tertio veniens ad monumentum eadem Magdalena cum alia Maria, haud iam flet, quippe quae, ut ait Iohannes, iam angelos viderat ipsumque Servatorem. Nam quae dicuntur a Luca et Marco alia nos docent, apud quos nimirum plures veniunt observaturae mulieres. Porro autem Magdalenam temporibus haud magnopere inter se distantibus interfuisse puta, sed uno fere continuo tempore, dum semel et iterum circa eum locum versaretur; primum ipsa sola; secundo cum alia Maria. Sic eadem Maria Magdalena et apud Matthaeum spectat et apud Iohannem. Neque idcirco excludenda est a ceterorum evangelistarum narrationibus: non enim recedebat a loco, sed aderat perstabatque attonita visis, cupiensque post primam, secunda etiam tertiaque apparitione frui: id quod reapse consecuta est, dum multimodis complures mulieres ad tumulum veniunt; atque aliis aliter angelica visio se offert; ipsa autem Magdalena singulis visionibus interest. Atque ita rerum apud quatuor evangelistas scriptarum spectatrix fuit Magdalena: quare et huius apud omnes mentio fit. Sic etiam idem tempus erat, quod abs Iohanne et a Matthaeo perhibetur: sed tamen huius temporis diversa intervalla apud singulos notantur.

4. Neque te conturbet id quod a Matthaeo dicitur postquam duae Mariae ad visendum tumulum venerant «angelus enim Domini » caelo delapsus revolverat ab ostio lapidem;» quippe haud putandum est ab angelo eadem illa hora revolutum fuisse lapidem. Nam quo-

δὲ παρ' ἑκάστου τῶν τοῦ καιροῦ μερίων· ἐπεὶ καὶ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὥρας, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐστιν ἐπινοῆσαι, καὶ τὸ μέσον, καὶ τὸ τέλος.

γ'. Οὐκ ἂν γοῦν ἁμάρτοις τὰ μὲν πρῶτα τῆς ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν σημαίνεσθαι εἰπὼν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ παρ' ᾧ ἡ Μαγδαληνὴ πρωὶ ἔτι οὔσης σκοτίας, καὶ πρῶτον καὶ δεύτερον ἐπιστᾶσα τῷ μνήματι, καὶ μὴ εὑροῦσα τὸ σῶμα τοῦ σωτῆρος, κλαίει διὰ τὸ μηδένα μήπω ἐγνωκέναι περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ· τῆς αὐτῆς δὲ ὥρας μέρος εἶναι δεύτερον τὸν παρὰ τῷ Ματθαίῳ χρόνον, καθ' ὃν τρίτον ἐπιστᾶσα ἡ αὐτὴ Μαγδαληνὴ ἅμα τῇ ἄλλῃ Μαρίᾳ τῷ μνήματι, οὐκέτι κλαίει, ὡς ἂν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ τεθεαμένη τοὺς ἀγγέλους καὶ αὐτὸν τὸν σωτῆρα· τὰ γὰρ παρὰ τῷ Λουκᾷ καὶ τῷ Μάρκῳ ἑτέρων ἂν εἴη δηλωτικὰ, παρ' οἷς πλείους ἁπάντωσιν γυναῖκες ἐπὶ τὴν θέαν· τὴν δέ γε Μαγδαληνὴν μὴ μακρὰν ἀλλήλων διεστῶσιν ἁπαντηκέναι καιροῖς νόμιζε, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ παρατυχεῖν καὶ τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον· τὸ μὲν πρῶτον, καθ' ἑαυτὴν μόνην· τὸ δὲ δεύτερον, μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας· οὕτω δ' οὖν ἡ αὐτὴ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ τὰ παρὰ τῷ Ματθαίῳ ἐθεᾶτο καὶ τὰ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· οὐκ ἀπελιμπάνετο δὲ τῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀναγεγραμμένων· οὐ γὰρ ἀπεστάτει τοῦ τόπου· παρῆν δὲ καὶ παρέμενεν καταπεπληγμένη μὲν τὰ τεθεαμένα, ποθοῦσα δὲ πρὸς τοῖς πρώτοις καὶ δευτέρων καὶ τριῶν θεοφανειῶν καταξιωθῆναι· ὧν ἐτύγχανεν μετὰ ταῦτα διαφόρως μὲν πλειόνων γυναικῶν ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀφικνουμένων, ἄλλοτε δ' ἄλλως αὐταῖς ἀγγελικῆς ὄψεως παραφαινομένης, αὐτῆς δὲ ἐφ' ἑκάστῃ θέᾳ παρατυγχανούσης· οὕτω γοῦν τῶν παρὰ τοῖς τέσσαρσιν εὐαγγελισταῖς ἀναγεγραμμένων θεωρὸς ἐγίγνετο ἡ Μαγδαληνή· διὸ καὶ παρὰ τοῖς πᾶσιν ἐμνημονεύθη 1)· οὕτω δὲ καὶ ὁ μὲν καιρὸς ὁ αὐτὸς ἦν ὁ ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου καὶ τοῦ Ματθαίου παριστάμενος· τοῦ δ' αὐτοῦ καιροῦ διάφορα διαστήματα παρ' ἑκάστῳ τετηρημένα.

δ'. Μὴ ταραττέτω δέ σε τὸ λέγεσθαι παρὰ τῷ Ματθαίῳ μετὰ τὸ ἐλθεῖν τὰς δύο Μαρίας θεωρῆσαι τὸν τάφον « ὁ ἄγγελος γὰρ κυρίου » καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ ἀπεκύλισεν τὸν λίθον ἐκ » τῆς θύρας· » οὐ γὰρ κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν πρσσήκει νοεῖν τὸν ἄγγελον ἀποκεκυλικέναι τὸν

1) Quaestio haec huc usque partim inest etiam in codice gr. mediceo, teste Bandinio tom. I. p. 159. Idem tamen frustra suspicatur, quae ibidem apud eum sequuntur λίαν θαυμάζω etc. esse eiusdem Eusebii; sunt enim Isidori Pelusiotae, ut apparet ex codd. vaticanis, immo ex Isidori editione epist. lib. II. 212.

λίθον· πῶς γάρ; ὁ πότε προὐπῆρχεν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, παρ' ᾧ οὐχ ἡ Μαρία μόνη ἀλλὰ καὶ δύο μαθηταὶ εἰληλύθασιν εἰς τὸ μνημεῖον· διόπερ εἴπεις ἂν τὸν παρὰ τῷ Ματθαίῳ λόγον διηγηματικὸν εἶναι τῶν προ τούτου γεγενημένων· ἦλθον μὲν γὰρ κατὰ τοῦτον αἱ δύο Μαρίαι θεωρῆσαι τὸν τάφον, εὗρον δὲ αὐτὸν ἀνεῳγμένον, ἐπειδήπερ προ τούτου σεισμὸς ἐγεγόνει μέγας, καὶ ὁ ἄγγελος ἀποκεκυλίκει τὸν λίθον, ὃς ἐστὰς, αὖθις εὐαγγελίζεται τὰς γυναῖκας· αὕτη μὲν οὖν μία λύσις * ἂν γένοιτο τῶν κατὰ τὸν τόπον ἀπορουμένων.

* cod. τις pro λυσις.

ε'. Λυθείη δ' ἂν καὶ ἄλλως τὰ προκείμενα, εἰ ἑτέρας μὲν τὰς παρὰ τῷ Ματθαίῳ Μαρίας ὑπολάβοις εἶναι, ἑτέραν δὲ τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· τέσσαρας γοῦν τὰς πάσας Μαρίας παρεύσας τῷ πάθει τοῦ σωτῆρος μετὰ τῶν ἄλλων γυναικῶν εὑρίσκομεν 1)· πρῶτον μὲν οὖν τὴν θεοτόκον τὴν αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος μητέρα· δευτέραν δὲ τὴν ταύτης ἀδελφὴν Μαρίαν τὴν τοῦ Κλωπᾶ· εἶτα τρίτην Μαρίαν τὴν Μαγδαληνήν· καὶ τετάρτην τὴν Ἰακώβου καὶ Ἰωσὴφ μητέρα· καὶ τῶν μὲν πρώτων τριῶν Μαριῶν ἐμνημόνευσεν Ἰωάννης λέγων οὕτως· « εἰστήκεισαν » δὲ παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, » καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρία ἡ τοῦ » Κλωπᾶ, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνή· » τῆς δὲ τετάρτης 2) Μαρίας τῆς μητρὸς Ἰακώβου καὶ Ἰωσὴφ, οἱ λοιποὶ τρεῖς ἐμνημόνευσαν εὐαγγελισταὶ, συμπαραλαβόντες τῇ Μαγδαληνῇ καὶ αὐτήν· Ματθαῖος μὲν οὕτως εἰπών· « ἦσαν δὲ ἐκεῖ γυναῖκες » πολλαὶ ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι, αἵτινες ἠκο- » λούθησαν αὐτῷ· ἐν αἷς ἦν Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, » καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Ἰωσὴφ, αἱ ἐθεά- » σαντο τὸν τόπον ποῦ τίθεται. » Καὶ ὁ Λουκᾶς δὲ περὶ τῆς ἄλλης Μαρίας οὕτως ἱστορεῖ· « ἦσαν

modo illud praecederet apud Iohannem, quo narrante non Maria sola, sed et discipuli duo monumentum ingressi fuerant? Quamobrem merito dices, Matthaei oratione narrari ea quae ante contigerant: ita ut ex huius sententia duae quidem Mariae ad sepulcrum visendum venerint, verumtamen id patefactum deprehenderint: quia scilicet acciderat terrae motus ingens, lapidemque angelus revolverat: qui rursum adstans, rei notitia mulieres impertitur. Atque haec una erat e solutionibus ambiguitatum, quae circa hunc locum agitari solent.

5. Licet autem et aliter propositam infringere difficultatem, si alias esse putaveris Marias, quae apud Matthaeum, aliam rursus quae apud Iohannem. Nam quatuor omnino Marias Servatoris passioni cum aliis feminis praesentes comperimus. Primam ipsam Deiparam Servatoris matrem: secundam huius sororem Mariam Cleopae: tertiam Mariam Magdalenam: quartam Iacobi et Iosephi matrem. Priorum trium Mariarum meminit Iohannes his verbis: « stabant autem iuxta cru- » cem Iesu mater eius, et soror matris eius » Maria Cleopae, et Maria Magdalena. » Quartae vero Mariae, matris Iosephi et Iacobi, reliqui tres meminerunt evangelistae, qui hanc Magdalenae addunt. Matthaeus quidem sic: « erant autem ibi mulieres multae procul » spectantes, quae secutae cum fuerant a Ga- » lilaea, ministrantes ei: inter quas erat Ma- » ria Magdalena, et Maria Iacobi ac Iose- » phi; quae notaverunt locum in quo posi- » tus fuit. » Lucas vero de alia Maria sic loquitur: « erant autem Maria Magdalena, et

1) Quaestio haec de Mariarum evangelicarum numero quanta fuerit apud veteres Patres novosque criticos, satis docet calmetus copiosa sua super hac re dissertatione; cui iam quicquam addere, haud scio an abutentis otio futurum sit

2) Scholion recenti manu additum. Οὐχί· ἀλλ' ἡ κατ' ἀλήθειαν τοῦ κυρίου μήτης, αὕτη λέγεται καὶ μήτηρ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ, τῶν νομιζομένων ἀδελφῶν τοῦ κυρίου, υἱῶν δὲ ὄντων κατὰ φύσιν τοῦ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς προτέρας *a*) αὐτοῦ γυναικὸς τῆς Σαλώμης· τέσσαρας γὰρ εἶχεν υἱοὺς ὁ Ἰωσὴφ, Ἰάκωβον καὶ Ἰωσῆ καὶ Σίμωνα καὶ Ἰούδαν· Καὶ καθὼς ἐνομίζετο ἡ τοῦ κυρίου μήτηρ γυνὴ τοῦ Ἰωσὴφ, οὕτως ἐνομίζετο καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ μήτηρ. *Minime; sed ipsa vera Domini mater, eadem dicitur etiam mater Iacobi et Iosis, qui fratres Domini existimabantur; filii secundum naturam Iosephi ex eius priore uxore Salome. Quatuor enim suscepit Iosephus liberos, Iacobum, Iosem, Simonem, et Iudam. Porro sicuti putabatur Domini mater uxor esse Iosephi, ita et eiusdem filiorum habebatur mater.* Sed enim de temere creditis Iosephi ex priore coniuge liberis, legendus est Hieronymus contra Helv. cap. XIIII. ubi haec apocryphorum deliramenta ridet, aitque fratres Domini non filios Iosephi, sed consobrinos Servatoris esse intelligendos. Idem cap. XVIIII. ait praedictam plurium nuptiarum opinionem a plerisque non tam pia quam audaci temeritate fuisse conflictam.

a) Vox *προτέρας* expungitur in codice; quod tamen fit contra sancti Epiphanii lectionem in ancorato cap. LX, nec non contra Hippolyti thebani chronicon. Ceteroqui in alio nos volumine p. 484. inter sancti Cyrilli ad Matthaeum fragmenta par fere scholion edidimus, praedicto Cyrillo inscriptum, ubi pro *προτέρας* legitur *βιωτικῆς*.

» Iohanna, et Maria Iacobi, et ceterae quae » cum eis erant. »

6. Quum ergo sint quatuor Mariae, si duas illas, quae apud Matthaeum, dum dies illucesceret in unam sabbatorum, venerunt ad monumentum angelumque viderunt, diversas esse putaveris ab illa quae mane una sabbatorum, dum adhuc tenebrae essent, venit sola secundum Iohannem, ignorans resurrectionem, ideoque fleus, nihil tortuosum tibi occurret, omni iam dubitatione ac quaestione remota. Igitur quod sero sabbatorum, sicuti retro tradidimus, perpetrata fuerint ea quae apud Matthaeum scribuntur de interventu Mariarum duarum; quodque mane una sabbatorum aliae Mariae ea quae sunt apud Iohannem spectaverint; omnia haec, inquam, vera sunt, nullaque repugnantia est vel locorum vel temporum vel personarum vel denique narrationis.

7. Nam si forte Magdalenae nomen, quod apud utrumque evangelistam adiicitur, sententiam conturbat; enim vero haud aequum est divinam permisceri scripturam unius vocu-lae nominisve causa, id quod saepe accidit errore librarii obtrudi. Aut enim duas has ex una urbe seu castello Magdala advenisse putandum est; aut alterutri ex his temere fuisse adiectum Magdalenae cognomen, semel librario qui antiquitus scripsit in errorem lapso; quod deinceps mendum exscriptores reliqui retinuerunt. Id ipsum aliàs quoque accidisse paulo post demonstrabimus. Nempe quum in eiusmodi rebus a principio quidem dictatum recte fuerit, sed postea mendum obrepserit, neque tamen amanuenses scripturae mutationem agnoverint, nonnullae quaestiones exortae sunt. Atque ita circa Magdalenae cognomen, supervacue uni ex Mariis additum, contigisse dices: quo ablato, tollitur omnis quaestio, nemine iam in his locis dubitante. Ergo et sero sabbatorum, id est profunda nocte, ea, quae apud Matthaeum narrantur, visa fuerunt a Magdalena atque ab alia Maria: et mane, dum adhuc tenebrae essent, venit alia Maria in eundem locum; quae primo quidem anxia erat, haud invento Servatoris corpore; deinde et ipsa spectatrix eiusdem fuit. Laudabilius tamen fiet, si

» δὲ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία καὶ Ἰωάννα καὶ Μα- » ρία ἡ Ἰακώβου καὶ αἱ λοιπαὶ σὺν αὐταῖς. »

ς'. Τούτων οὖν τῶν τεσσάρων Μαριῶν, εἰ τὰς δύο τὰς παρὰ τῷ Ματθαίῳ ὀψὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων ἐλθούσας ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ τὸν ἄγγελον θεασαμένας, ἑτέρας εἶναι ἐκλάβοις παρὰ τὴν πρωὶ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἔτι σκοτίας οὔσης ἀφικομένην μόνην κατὰ τὸν Ἰωάννην, ἀγνοοῦσαν τὸ ἐπὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ διὰ τοῦτο κλαίουσαν, οὐδὲν ἂν σκολιὸν ἀπαντήσεται, πάσης ἀπορίας καὶ ζητήσεως ἐκ ποδῶν ἀρθείσης· καὶ ὀψὲ μὲν σαββάτων, κατὰ τὰ ἀποδεδομένα, πεπραγμένων τῶν ἐπὶ τῷ Ματθαίῳ συγγεγραμμένων ἐπὶ παρουσίᾳ τῶν δύο Μαριῶν, πρωΐας δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἑτέρας Μαρίας τὰς παρὰ τῷ Ἰωάννῃ τεθεαμένας, ἀληθεύεσθαί τε κἀκεῖνα καὶ ταῦτα, μὴ δὲ ἀντιλογίαν περιέχειν τοὺς τόπους, μήτε κατὰ τοὺς χρόνους, μήτε κατὰ τὰ πρόσωπα, μήτε κατὰ τοὺς λόγους.

ζ'. Εἰ δὲ τὸ τῆς Μαγδαληνῆς προσκείμενον ἐν ἀμφοτέροις τοῖς εὐαγγελισταῖς ὄνομα τὴν διάνοιαν ταράττει, ἀλλ' οὐ προσήκει τὴν θείαν συγχεῖν γραφὴν λέξεως μιᾶς ἢ ὀνόματος ἕνεκεν, ὃ πολλάκις συμβαίνει καὶ κατὰ γραφικὸν προσκεῖσθαι σφάλμα· ἢ γὰρ δύο καὶ ταύτας ἀπὸ μιᾶς πόλεως ἢ κώμης 1) τῆς Μαγδαληνῆς ὁρμᾶσθαι ἡγητέον· ἢ ἐπὶ μιᾶς αὐτῶν προσκεῖσθαι τὸ τῆς Μαγδαληνῆς ἐπώνυμον, ἅπαξ τοῦ γραφέως κατὰ τὴν ἀρχὴν σφαλέντος, ὅτι ἐξ ἐκείνου τῶν μετ' αὐτὸν πρώτῳ ἐπακολουθηκότων σφάλματι· τοῦτο δὲ καὶ ἐφ' ἑτέρῳ συμβᾶν, σμικρὸν ὕστερον ἐπιδείξομεν· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τοιούτων ὀρθῶς κατὰ τὴν ἀρχὴν ὑπηγόρευτο, κατὰ σφάλμα δὲ τῶν μετὰ ταῦτα μὴ ἀκριβούντων τὴν μεταβολήν, συμβέβηκε τινὰ ζητεῖσθαι, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἐπωνύμου τῆς Μαγδαληνῆς περιττῶς ἐπὶ μιᾶς Μαρίας κειμένου εἴτοις ἂν γεγονέναι· οὗ ὑφαιρεθέντος, περιγέγραπται πᾶσα ζήτησις, μηδενὸς μηκέτι κατὰ τοὺς τόπους ἀπορουμένου· ἀλλὰ καὶ ὀψὲ σαββάτων, τοῦτ' ἔστιν βαθείας νυκτός, τῶν παρὰ τῷ Ματθαίῳ πεπραγμένων ἑωραμένων ὑπὸ τῆς Μαγδαληνῆς καὶ τῆς ἄλλης Μαρίας· καὶ πρωΐας ἔτι σκοτίας οὔσης, ἑτέρας Μαρίας ἀφικομένης ἐπὶ τὸν αὐτὸν τόπον· καὶ πρότερον μὲν ἀπορούσης ἐπὶ τὸ μὴ εὑρεῖν τὸ σῶμα τοῦ σωτῆρος· ὕστερον δὲ καὶ αὐτῆς αὐτοπτούσης αὐ-

1) Eusebius et Hieronymus de loc. hebr. Μαγδαλὰ φυλῆς Ἰούδα, *Magdala in tribu Iuda.*

τόν· κάλλιον δὲ τὸ μὴ δὲ σφάλμα αἰτιάσασθαι κατὰ τοὺς τόπους, δύο δὲ ἀληθῶς γεγενέναι τὰς Μαγδαληνὰς φάσκειν, ὡς καὶ τέτταρας ἀποδείξαμεν τὰς Μαρίας· ὧν οὐδὲν ἄτοπον ἀπὸ τῆς αὐτῆς Μαγδαληνῆς δύο Μαρίας ὁρμᾶσθαι λέγειν, μηδέν τε λοιπὸν ἀπορεῖν, ἀλλ' ἑτέραν μὲν εἶναι τὴν ὀψὲ σαββάτων παρὰ τῷ Ματθαίῳ Μαγδαληνήν, ἑτέραν δὲ αὖθις καὶ αὐτὴν Μαγδαληνὴν τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ πρωΐας ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἐλθοῦσαν· ταύτην δὲ εἶναι τὴν καὶ παρὰ τῷ Μάρκῳ δηλουμένην κατά τινα τῶν ἀντιγράφων 1) ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια· καὶ ταύτην εἰκὸς εἶναι τὴν ἀκούσασαν μή μου ἅπτου, ἀλλ' οὐ τὴν παρὰ τῷ Ματθαίῳ· εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα κἀκείνη ἀπὸ τῆς Μαγδαληνῆς ὥρμᾶτο, ἀλλ' οὐ τὰ ὅμοια καὶ αὐτῆς ἡ θεῖα κατηγορεῖ γραφή.

III. Πῶς κατὰ τὸν Ματθαῖον ὀψὲ σαββάτων ἡ Μαγδαληνὴ μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας ἁψαμένη τῶν ποδῶν τοῦ σωτῆρος, ἡ αὐτὴ πρωὶ τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου ἀκούει μή μου ἅπτου κατὰ τὸν Ἰωάννην.

ne mendum quidem in his locis esse causabimur, duasque potius Magdalenas censebimus, sicuti iam quatuor demonstravimus fuisse Marias. Certe nulla absurditas vetat, quominus duas Marias ab eodem castello Magdalo venisse dicamus: prorsus ut nulla iam perplexitas relinquatur, sed altera sit illa quae sero sabbatorum apud Matthaeum, altera rursus et ipsa Magdalena quae apud Iohannem mane ad monumentum accedit: quam postremam credibile sit a Marco quoque memorari secundum aliquot exemplarium fidem; de qua nimirum septem fuerant daemonia eiecta: atque haec videtur cui dictum fuerit *noli me tangere*, non illa quae apud Matthaeum: nam etsi forte et ipsa a Magdalo oriunda erat, haud tamen eandem pari macula aspergit divina scriptura.

III. Quomodo quae secundum Matthaeum sero sabbatorum Magdalena cum altera Maria tetigit Servatoris pedes, eadem mane una sabbati secundum Iohannem audivit *noli me tangere*.

α'. Εἰ μὲν οὖν μία καὶ ἡ αὐτὴ εἴη Μαρία παρ' ἀμφοτέροις τοῖς εὐαγγελισταῖς, λέξομεν ὅτι ἡ αὐτὴ πολλάκις ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἁπάντα τόπον, ἐπειδὴ εἵλκεν αὐτὴν ἡ ἔκπληξις τοῦ πράγματος καὶ ἡ ἐπὶ τῷ γεγονότι χαρά· πρώτη τοίνυν ἁπαντήσασα καὶ πρώτη τεθεαμένη τὰ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, ἐσπευσμένως ἀπήει πρὸς τοὺς ἀποστόλους τὸ πρῶτον, τὴν τοῦ μνήματος ἄνειξιν ἀπαγγέλλουσα· εἶθ' ἅμα τὴν ἀνάστασιν τεθεαμένη, ἐδυσφόρει ὑπονοοῦσα ἧρθαι τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ ἀπὸ τοῦ μνήματος, μὴ εἰδέναι τε ὅπου τέθειτο· εἶτ' ἐπανῆει δεύτερον σὺν αὐτοῖς ἐπὶ τὸ μνῆμα· οἷς δ' ἐπέστρεφον οἴκαδε ἐκεῖνοι, μόνη πάλιν ἀπολειφθεῖσα ἐν τῷ τόπῳ, ἔκλαιεν ἑστῶσα· εἶτα τοῦ μνήματος εἴσω διακύψασα, τοὺς δύο ἀγγέλους ἐθεώρει· ἔπειτα καὶ αὐτὸν ὁρᾷ τὸν σωτῆρα· ὃς, ἐπειδὴ κλαίουσα εἱστήκει, ἀνθρωπίνως δὲ καὶ ταπεινῶς ὡς ἂν κλαπέντος σώματος αὐτοῦ διακειμένη, ἀνάξιά τε περὶ αὐτοῦ φρονοῦσα, πρῶτον μὲν αὐτὴν γυναῖκα ὀνομάζει, ἐπισκήπτων αὐτῇ καὶ ὀνειδίζων τὸ γυναικεῖον πάθος· διό φησιν, γύναι τί κλαίεις; εἶτα φησὶν πρὸς αὐτήν, Μαρία· διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτὴν ἑαυτῆς ὑπομιμνήσκων, καὶ

1. Si quidem una eademque Maria esset apud utrumque evangelistam, dicendum foret eandem saepe in eundem locum venisse, quam scilicet attrahebat admiratio rei gestae et successûs gaudium. Prima igitur illuc profecta, primaque rerum, quas Iohannes narrat, spectatrix, festinanter redibat ad apostolos; principio quidem sepulcri apertionem nuncians: deinde, quamquam resurrectionem viderat, angebatur nihilominus suspicione ne quis potius Iesu corpus e monumento abstulisset, quod nesciebat quonam esset translatum. Exin secundo ibat cum apostolis ad monumentum. Postquam hi domum reversi sunt, sola rursus in loco relicta, flens ibi subsistebat. Deinde in monumentum introspiciens duos angelos vidit: denique ipsum oculis eius oblatum Servatorem: quam ibi cum fletu haerentem, et ex humanae infirmitatis atque humilitatis instinctu furto ablatum corpus credentem, atque indigna de ipso sentientem, Iesus primo mulierem appellat, increpans atque exprobrans femineam animi aegritudinem: unde ait, *mulier quid ploras?* Deinde addit, *Maria;* ut illa nomine admonita

1) Capitis marciani vindicias, a nono nempe versiculo ad finem, superius attigimus p. 256. n. 1.

ad mentem revocaretur, atque ut antiquarum sponsionum tum ipsi tum reliquis discipulis de Christi resurrectione factarum recordaretur. Illa animo ex aberratione recepto, vique vocis ac verborum agnita; *rabboni*, inquit; qua voce significatur magister.

2. Mox ad illum adhuc ut magistrum, non ut Deum, accedere properat: qua ille prohibita et deterrita ait, *noli me tangere*. Nam quae humana adhuc sapiebat, non erat digna divinitatem eius attingere: neque par erat illam, quae adhuc flebat, et Iesum inferne in monumentis sepulcrisque quaerebat, atque humiliter et infirme de illo sentiebat, haud inquam aequum erat contactus eius compotem fieri. Quamobrem Iesus causam quoque rei aperit, nondum se ascendisse (quantum ad eam attineret) ad patrem dicens; quoniam ipsa rei gestae fidem nondum adhibebat, seque mortuum iacere putabat: ideoque ait, *noli me tangere*, quum talis sis, talemque de me opinionem geras: tibi enim Deus nondum credor, sed terrestris adhuc habeor. Sic is plorantem, et quae hortulanum ipsum credebat, his verbis *noli me tangere* reiecit increpitans: unde et mulierem eandem vocitavit, aitque *quid ploras?* nam lugere viventem, immo ipsam vitam, extremae erat inscitiae: qua super re non pepercit obiurgationi. Tum in sequentibus divinam illi sui notitiam impertivit: quae his verbis magnoperc erudita, denuo deseruit monumentum; secundo videlicet. Exin narratis Mariae alteri, quae vidisse eam narrat Iohannes, illuc cum eadem reversa est; tertio videlicet: ac tum eorum, quae memorat Matthaeus, spectatrix fuit; haud iam sola, sed cum altera Maria: neque iam introspiciens in sepulcrum, uti narrabat Iohannes; neque iam duos angelos, sed unum lapidi insidentem, cernens.

8. Eusebii ex opere ad Marinum. Iam quod ambigitur, quomodo Matthaeus visum narret discipulis Dominum in Galilaeae monte, Iohannes autem circa mare Tiberiadis; aio equidem, haud semel et iterum, sed multoties Iesum esse conspectum. Quare minime errabis si quartam visionem esse illam putaveris, quae apud Matthaeum fit. Hanc quippe haud circa mare Galilaeae spectantibus eum, sed in monte discipulis undecim contigisse scribit Matthaeus: « undecim autem » discipuli perrexerunt in montem, prout » condixerat illis Iesus, quem ibi conspe» ctum adoraverunt. » Post haec sine errore dices, iisdem undecim discipulis congregatis, nec non aliis septuaginta, Iesum apparuisse. Immo apostolus multo adhuc pluribus visum esse Dominum post resurrectionem his verbis narrat: « quia surrexit tertia » die secundum scripturas, visusque Petro » est, tum duodecim, deinde plus quingen» tis fratribus simul. » Viden quoties et quot hominibus post resurrectionem conspectus fuerit? Sic enim apparuit latitantibus intra Hie-

η'. Εὐσεβίου ἐκ τῶν πρὸς Μαρῖνον· Περὶ δὲ τοῦ ἐσαπορεῖν ωάλιν ωῶς ωαρὰ τῷ Ματθαίῳ εἰς τὴν Γαλιλαίαν ὤφθαι τὸν κύριον τοῖς μαθηταῖς ἐν τῷ ὄρει, ωαρὰ δὲ τῷ Ἰωάννῃ ωαρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Τιβεριάδος, ἐροῦμεν ὅτι οὐ μόνον ἅπαξ καὶ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, ὠφθαι αὐτόν· διὸ τετάρτην ὀπτασίαν οὐχ ἁμάρτοις τὴν ωαρὰ τῷ Ματθαίῳ φήσας εἶναι, ἣν οὐ ωαρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, οὐδὲ τοῖς ὀπτανομένοις, ἀλλ' ἐν τῷ ὄρει τοῖς ἕνδεκα πεπιῆσθαι ἀνέγραψεν ὁ Ματθαῖος, εἰπών· οἱ δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὸ ὄρος, οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἰδόντες αὐτὸν ωροσεκύνησαν· καὶ μετὰ τοῦτο οὐκ ἂν σφαλείης εἰπὼν ὁμοῦ κατ' αὐτὸ συνηγμένοις αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα μαθηταῖς ἅμα καὶ τοῖς ἑβδομήκοντα ὤφθαι αὐτόν· ὁ δὲ ἀπόστολος καὶ ἔτι τούτων ωλείοσιν ἑωρᾶσθαι τὸν κύριον μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἱστορεῖ λέγων * « ὅτι » ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφὰς, » καὶ ὤφθη Κηφᾷ, ἔπειτα τοῖς δώδεκα, ἔπειτα » ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἅφαπαξ· » ὁρᾷς ὁσάκις καὶ ὅσοις ὤφθη μετὰ τὴν ἀνάστασιν; οὕτω καὶ τοῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ κρυπταζομένοις διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, καὶ πρό γε

* I. Cor. XV. 4.

a) Deest in codice columnensi Μαγδαληνήν.

πάντων ἀνδρῶν Σίμωνι τῷ Πέτρῳ, γυναικῶν δὲ ταῖς ἀμφὶ τὴν Μαγδαληνήν· ὅθεν καὶ ὁ Λουκᾶς φησὶ « δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμε- » νος καὶ συναυλιζόμενος αὐτοῖς, τὰ τῆς βασι- » λείας τοῦ Θεοῦ παρεδίδου μαθήματα. »

rosolyma propter metum a Iudaeis; et primo virorum Simoni Petro, feminarum autem Magdalenae. Quare et Lucas ait « per dies qua- » draginta apparens eis, cum iisque conver- » sans doctrinam de regno Dei tradidit. »

Ex eodem Anastasio quaest. CXLVIII.

θ'. Εὐσεβίου ἐκ τοῦ πρὸς Μαρῖνον *a*). Καὶ τὸ μὲν ὑπὸ Χριστοῦ ἐμπνευσθὲν πνεῦμα ἅγιον τοῖς ἀποστόλοις, λυτικὸν καὶ συγχωρητικὸν ἦν *b*) πάσης ἁμαρτίας· τὸ δὲ ἐπηγγελμένον τὸ βαπτισθήσεσθαι αὐτοὺς ἐν ἁγίῳ πνεύματι, καὶ μετασχεῖν δυνάμεως ἐνεργημάτων, ἐνεργητικῆς μὲν τῶν μελλόντων δι' αὐτῶν ἀποτελεῖσθαι θαυμάτων, ἑνστατικῆς δὲ καὶ καρτερικῆς τῶν μελλόντων αὐτοῖς ἐπανίστασθαι κινδύνων· πρὸ γὰρ ταύτης τῆς δυνάμεως κηρύττειν αὐτοὺς τοῖς ἔθνεσιν οὐκ ἐβούλετο, ἀλλ' ἐκδέχεσθαι καὶ περιμένειν αὐτὴν ἐξ ὕψους μετασχεῖν· τοῦτο δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος τὸ χάρισμα ἰδίως ἀφορίζων τῶν λοιπῶν ἐνεργειῶν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐδίδασκε λέγων * « ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων »· καὶ ἡ προφητεία φησὶ *· « κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγ- » γελιζομένοις δυνάμει πολλῇ· » ἧς δυνάμεως ὅτε μήπω μετεῖχον, ἠρνήσαντο αὐτὸν οἱ πάντες καὶ ἐσκανδαλίσθησαν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους· ὅτε δὲ μετέσχον αὐτῆς, πάντες ταῖς ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίαις τε καὶ ὁμολογίαις διέπρεψαν· ἀνακαινίζων γὰρ τὸν ἄνθρωπον ὁ κύριος, καὶ ἣν ἀπώλεσε χάριν ἐκ τοῦ ἐμφυσήματος τοῦ Θεοῦ, ταύτην πάλιν ἀποδιδοὺς, ἐνεφύσησεν εἰς τὰ πρόσωπα τῶν μαθητῶν λέγων « λάβετε πνεῦμα ἅγιον. »

9. Eusebii ex opere ad Marinum. Spiritus sanctus a Christo in apostolos per flatum immissus, peccati omnis solvendi dimittendique vim habebat. Iam promissio, fore ut baptizarentur sancto Spiritu, significabat compotes eos futuros facultatis rerum gerendarum, cuius ope patraturi erant miracula, vimque etiam recepturi atque constantiam adversus ea quae instabant pericula. Ante enim hanc acceptam virtutem noluit eos gentibus praedicare; sed praestolari iussit atque manere, donec eam ex alto reciperent. Donum hoc etiam apostolus satis a reliquis sancti Spiritus operationibus discernere se significat dum ait: « alii opera- » tiones virtutum. » Tum prophetia dicit: « Do- » minus dabit verbum evangelizantibus vir- » tute multa. » Qua virtute cum nondum erant potiti, negaverunt eum omnes, et scandalo passionis tempore lapsi sunt: illa autem impetrata, cuncti protinus confessionibus testimoniisque pro Christo editis inclarucrunt. Renovat enim hominem Deus: ita ut quam gratiam homo amiserat, Dei olim inspiratione conlatam, eidem hanc rursus Deus attribuerit, in faciem discipulorum inspirans his verbis: « accipite Spiritum sanctum. »

* I. Cor. XII. 10.
* Ps. LXVII. 12.

Ex Macarii Chrysocephali 1) *florilegio apud Villoisonum anecdot. T. II. p. 74.*

ι'. Εὐσέβιος δὲ ὁ Παμφίλου ἐν τῇ πρὸς Μαρῖνον ἐπιστολῇ 2) οὕτως ἐξηγεῖται τὸ προτεθὲν, ὅτι διαιρέσεις χαρισμάτων εἰσὶ κατὰ τὸν ἀπόστολον, τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα· καὶ πάλιν· ἑκάστῳ δίδοται ἡ φανέρωσις πρὸς τὸ συμφέρον· ᾧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ πνέυματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα· ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι, ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα *c*) δυνάμεων, ἄλλῳ δὲ προφητεῖαι, ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων, ἑτέρῳ δὲ γένη γλωσ-

10. Eusebius Pamphili in epistola ad Marinum quaestionem sic explicat, quod nempe divisiones gratiarum sunt, ut ait apostolus, idem autem Spiritus. Rursusque, quod unicuique lumen prout opus fuerit adtribuitur; alii quidem sermo scientiae secundum eundem Spiritum; alii fides in eodem Spiritu, alii prodigiorum virtus, alii prophetiae, alii discretiones spirituum, alii linguarum multitudo: quae tamen omnia operatur unus

a) Verba ἐκ τοῦ πρὸς Μαρῖνον desunt in codice columnensi. — *b*) Deest ἦν in codice. Sed tamen cetera pleraque meliora sunt in codice quam in gretseriana Anastasii editione, quae plurimis heu mendis laborat. — *c*) Xiph. ἐνεργηματι.

1) Est hic idem Macarius Chrysocephalus, qui mihi S. Cyrilli fragmenta commentariorum ad Lucam non contemnenda obtulit. Eiusdem Macarii locos dogmaticos protuli idemtidem in meis ad Nicephorum scholiis.

2) Xiphilinus in dominica Thomae cod. vat. p. 149. recitat hoc ipsum Eusebii fragmentum.

idemque Spiritus, dividens singulis prout vult. Demonstrat enim apostolus unius eiusdemque spiritus multas esse virtutes, diversorum operum effectrices. Cogita igitur utrum nunc Christus singularem aliquam gratiam discipulis contulerit, haud quidem ad mortuos suscitandos prodigiaque efficienda, sed ad dimittenda peccata. Sunt enim, ut diximus, diversa Spiritus dona. Quamobrem nunc addidit: quorum remiseritis peccata, remittuntur, etc. quibus verbis ostendit a se hoc genus gratiarum nunc illis esse conlatum. Post eiusdem vero ascensionem, Spiritus supervenions miraculorum quoque et omnimodae gratiae vim virtutemque ipsis adtulit. Quare nunc sine articulo (πνεῦμα pro τὸ πνεῦμα) ait: accipite Spiritum sanctum; significans; partem se quandam efficacis Spiritus adtribuere. De ipso autem Spiritu ait, accipietis virtutem supervenientis in vos Spiritus.

σῶν· ταῦτα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ ἓν μὲν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται· σαφῶς γὰρ διὰ τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος, πολλὰς εἶναι παρέστησε δυνάμεις, διαφόρων πραγμάτων ἐνεργητικάς· ὅρα τοίνυν μήπως ἐνταῦθα ἐξουσίαν τινὰ μερικὴν καὶ χάριν πνευματικὴν δέδωκεν αὐτοῖς· οὐχ ὥστε νεκροὺς ἐγείρειν, καὶ δυνάμεις ποιεῖν, ἀλλ' ὥστε ἀφιέναι ἁμαρτήματα· διάφορα γὰρ τὰ χαρίσματα τοῦ πνεύματος· διὸ καὶ συνάπτει λέγων, ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· καὶ τὰ ἑξῆς· δεικνὺς ὅτι τοῦτο τὸ εἶδος τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων αὐτοῖς ἐδωρήσατο· μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψιν αὐτὸ τὸ πνεῦμα κατελθὸν, καὶ τῶν σημείων καὶ παντὸς ἑτέρου χαρίσματος τὰς δυνάμεις δὴ *a*) καὶ ἐνεργείας αὐτοῖς ἐχορήγησε· διὰ τοῦτο ἐνταῦθα μὲν ἄνευ ἄρθρου εἶπε, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, δηλῶν ὅτι μερικήν τινα τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν δίδωσιν αὐτοῖς· περὶ *b*) δὲ ἐκείνου φησί· λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς 1).

Deinde prosequitur apud Xiphilinum Eusebius iisdem verbis quibus in praecedente fragmento apud Anastasium; nempe πρὸ γὰρ ταύτης τῆς δυνάμεως *etc. usque ad* καὶ ὁμολογίαις διέπρεψαν.

a) Deest δή apud Xiphilinum. — *b*) Xiphilinus παρά.

1) Hactenus supplementa posuimus ex iis tantummodo locis, in quibus opus Eusebii nominatim ad Marinum laudatur. Ceteroquin quanta pars eusebianarum quaestionum tum ad Stephanum tum ad Marinum in commentario S. Ambrosii ad Lucae evangelium supersit, item quanta in Hieronymi ad Matthaeum commentario occurrat, in subsequentibus paginis, partim saltem, demonstrabimus. Legendus quoque Augustinus de consensu evangelistarum, et in quaestionibus evangelicis; item anonymum opus quaestionum veteris et novi testamenti; nec non seu falsus Chrysostomus seu Titus bostrensis; tum Hesychius hierosolymitanus, ac Iohannes thessalonicensis, in quaestionibus aeque evangelicis; qui auctores omnes eusebiano a fonte multifariam et affatim hausisse videntur. Sed enim nos multo plures eusebianarum quaestionum credibiliter expilatores, vel certe imitatores, in praefatione recensuimus. Porro ab his veterum lucubrationibus medii quoque et infimi aevi interpretes solutiones suas prout libitum fuit derivaverunt.

EX QUAESTIONIBUS EUSEBII EXCERPTA

APUD SS. AMBROSIUM ET HIERONYMUM.

Euseb. quaest. p. 220. seqq.

Lib. II. 1-3. Latent quidem divina mysteria; sed tamen ex ceteris factis atque praeceptis Domini salutaris possumus intelligere et hoc perpensioris fuisse consilii, quod ea potissimum electa est ut Dominum pareret, quae erat desponsata viro. Cur autem non ante quam desponsaretur, impleta est? fortasse ne diceretur, quod conceperat ex adulterio. - Quin etiam locupletior testis pudoris maritus adhibetur; qui posset et delere iniuriam, et vindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum. Quid quod etiam fides Mariae verbis maior adsciscitur, et mendacii causa removetur? Videretur enim culpam obumbrare voluisse mendacio innupta praegnans. Causam autem mentiendi indesponsata non habuit; cum coniugii praemium et gratia nuptiarum, partus sit feminarum. Non mediocris quoque causa est, ut virginitas Mariae falleret principem mundi, qui cum desponsatam viro cerneret, partum non potuit habere suspectum. Fallendi autem principis mundi fuisse consilium, ipsius Domini verba declarant, cum apostoli iubentur tacere de Christo, cum sanati prohibentur gloriari de remedio, cum daemones praecipiuntur silere de Dei filio.

Lib. III. 1. De generationibus dicturi, quarum nonnullam videmus in evangelio secundum Matthaeum, vel in Luca, cuius interpretationem habemus in manibus, esse distantiam; quoniam non est credibile adversantia sibi sanctos viros potuisse dicere, de gestis praesertim domini Salvatoris; quanto studio possumus, non dixisse eos discrepantia, demonstremus.

3. Cur Ioseph magis quam Mariae generatio describatur, cum Maria de Spiritu sancto generaverit Christum, et Ioseph a generatione Domini videatur alienus, dubitare possemus, nisi consuetudo nos instrueret scripturarum, quae semper viri originem quaerit. Sic enim habes. Phares fuit filius Iudae principis tribus: *hic generavit Hesron, et Hesron generavit Aram, et Aram generavit Hamminadab, et Hamminadab generavit Nahasson* etc. Viri enim persona quaeritur, qui etiam in senatu et reliquis curiis civitatum generis adserit dignitatem. Quam deforme autem, si relicta viri origine, origo feminae quaereretur, ut videretur patrem non habuisse ille totius mundi populis praedicandus?

Quaest. p. 227. 4. Sed etiam alibi diverso ordine generationem doceamus esse decursam; ne hic quoque evangelistae discrepare videantur, qui veterem ordinem sunt secuti. Sic enim habes: *fuit homo ex Arath, et nomen eius Helcana, filius Hieremiel, filius Heli, filius Ozi de monte Ephraim.* Vides et a patribus ad filios, et a filiis ad patres originis descriptionem veteri more contextam. Vides ubique familiam per virorum generationes esse decursam. Noli mirari si Matthaeus ab Abraham usque ad Ioseph, Lucas a Ioseph usque ad Adam, et ad Deum generationum ordinem percurrit. Noli mirari quod Ioseph origo descripta est. Etenim secundum carnem natus, usum debuit sequi carnis: et qui in saeculum venit, saeculi debuit more describi; maxime cum in Ioseph origine, etiam origo sit Mariae. Nam cum vir iustus fuerit Ioseph, utique ex tribu Quaest. p. 219

sua et ex patria sua accepit uxorem: nec potuit iustus facere contra id quod lege praescriptum est. Sic enim habes, quia unusquisque in hereditatem tribus suae patriae adhaerebunt filii Israhel, nec de tribu ad tribum transibunt: et omnis filia quae habet hereditatem tribuum filiorum Israhel, uni ex populo et ex tribu patris sui erit uxor. Itaque et census tempore adscendit Ioseph de domo et de patria David, ut profiteretur cum Maria uxore sua. Quae ex eadem domo et ex eadem patria professionem defert, utique eiusdem tribus et eiusdem patriae se esse designat.

5. Cognata quoque Mariae inducitur Elisabeth: primo quod omnes Iudaei cognati, quemadmodum et apostolus docuit dicens: *optabam enim anathema esse ipse pro fratribus meis secundum carnem, qui sunt Israelitae.* Cognatae ergo, quia ambae israelitae erant: simul et cognatae quia ambae erant ex tribu Iuda. Didicisti ex tribu Iuda Mariam, disce et Elisabeth 1). *Nam exsurgens Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione, in civitatem,* inquit, *Iudae, et intravit in domum Zachariae.* Cum enim intra tribus suas Moyses habitare unumquemque praescripserit; utique cum in civitate Iudae manserit, erat et in tribu Iuda; maxime cum ex genere Elisabeth fuerint sacerdotes, quorum Deus portio est. Simul quam pulcrum, ut cum illa praenuntium Christi, Christum ista generaverit: et altera de Spiritu sancto conceperit, altera sancto repleta Spiritu prophetaverit; secundum carnem quoque videantur fuisse cognatae, quae secundum Deum spiritualis cognationis consortio non carebant! Quod si omnis feminae caput vir, secundum sanctum apostolum, et sunt duo in carne una secundum legem divinam; utique ii qui una caro erant et unus spiritus, quomodo poterat fieri ut viderentur patriam et tribum habere divisam? Accedit illud quod etiam angelus Gabriel de Domino pronuntiaverat, quod *dabit illi Deus sedem David patris sui.* Certum est igitur etiam Mariam de David generatione manasse. Quaest. p. 221. et 277.

6. Simul etiam discimus nihil referre quo ordine generationis series exprimatur, cum iter hinc atque inde sit pervium. Cur autem sanctus Matthaeus ab Abraham generationem enumerare coeperit Christi, sanctus vero Lucas a Christo usque ad Deum perduxerit, explanandum videtur. Sed prius cur sanctus Matthaeus cum ab Abraham coeperit generationis ordinem, non ita posuerit: *liber generationis Abrahae;* sed, *liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham.* Et cur hos duos potissimum nominaverit, nequaquam praetereundum puto. Non enim otiose fidelissimi auctores generis eliguntur; ut intelligamus quod in ipsa generatione carnis, spiritualis magis successio requiratur. Duo sunt enim isti viri, in quos manaverunt promissa divina. Qnaest. p. 226. sqq.

7. Prior Abraham qui ante Moysis legem et ante populum Iudaeorum propria derelinquens, et cognoscens Deum, meruit fidei testimonium; quia *credidit Deo, et reputatum est ei ad iustitiam:* qui etiam a Deo accepit oraculum dicente sibi: *exi de terra tua* etc. *et benedicentur in te omnes tribus terrae.* Vides igitur congregatio-

1) Deflectit aliquantum Ambrosius ab Eusebio, cuius tamen verior sententia est dicentis Elisabetham de levitico genere, quia sacerdotis uxor erat. Sed enim de hac cognatione videsis sis rursus Eusebium in scholio ad Lucam, quod ex vaticano codice nos protulimus p. 277.

nes gentium et sacrosanctum ecclesiae coetum oraculo divino huic esse primo promissum. Et ideo is auctor generis debuit designari, qui instaurandae ecclesiae sponsionem primus emeruit.

Quaest. p. 232, et p. 277. 8. David quoque merito et ipse auctor generis declaratur, quia cum iureiurando responsum, quod ex ipso secundum carnem Christus futurus esset, accepit. Sic enim scriptum est: *iuravit Dominus David veritatem, et non paenitebit eum: ex fructu ventris tui ponam super sedem tuam* Et alibi: *semel iuravi in sancto meo, si David mentiar: semen eius in aeternum manebit, et sedes eius sicut sol in conspectu meo.* Et in paralipomenis etc. Per Esaiam quoque etc. 1).

9. Omnia convenire de Christo evidentibus signatur oraculis, nec posse divinae fructum potentiae ad Salomonis gratiam derivari, qui David filius fuit, cuius finis haud dubie cognoscitur. - Numquid in saeculum regnavit Salomon, qui annis tantummodo quadraginta regnavit? *Ego ero*, inquit, *ei in patrem, et ille mihi in filium.* Quis est iste proprius Dei filius, nisi cui dictum est: *filius meus es tu, ego hodie genui te?* - At vero Salomonem fortasse ideo errasse tam graviter, ne errarent homines, et ad ipsum crederetur manasse promissum, divinarum serie cognovimus lectionum. Aedificavit enim templum Astartae idolo propter amorem mulieris, et indignatus est Dominus in Salomonem. - Igitur vides quoniam promissi series Christum spoponsit.

Quaest. p. 234. 10. Et ideo istos duos generis auctores evangelista delegit: unum qui promissum accepit de congregatione populorum; alterum qui de generatione Christi oraculum consecutus est. Et ideo licet ordine sit successionis posterior, prior tamen quam Abraham in Domini generatione describitur; quia plus est promissum accepisse de Christo, quam de ecclesia; quoniam ecclesia ipsa per Christum. Ergo unus princeps generis secundum carnem, alter princeps generis secundum spiritum · alter secundum seminis gratiam, alter secundum populorum fidem; potior enim qui salvat eo qui salvatur.

Quaest. p. 229. et 270. 272. 11. Unde et Lucas ad Deum putavit originem eius referendam; quod verus Christi generator Deus sit, vel secundum veram generationem pater, vel secundum lavacri regenerationem mystici muneris auctor. Et ideo non a primo generationem eius coepit describere; sed postea quam baptismum eius explicuit, auctorem omnium Deum per baptismum cupiens demonstrare, Christum quoque a Deo manasse ordine successionis adseruit.

Quaest. p. 245. 12. Hic quoque aliqui solent inserere quaestiones, quod Matthaeus ab Abraham usque ad Christum quadraginta duas generationes enumeraverit, Lucas vero quinquaginta; et quod per alias personas Matthaeus, per alias Lucas generationem manasse descripserit: in quo iam potes illud probare quod diximus, quia cum alios Matthaeus maiores dominici generis, alios vero Lucas in ordine generationis texuerit, ab Abrahamo tamen et David reliquos auctores generis uterque signavit.

Quaest. p. 228. sqq. 13. Quod vero per Salomonem Matthaeus generationem derivandam putavit, Lucas vero per Nathan; alter regalem, alter sacerdotalem familiam videtur ostendere. Quod non ita accipere debemus, quod alterum altero verius; sed alter alteri pari fide et veritate concordet. Fuit enim vere et secundum carnem regalis et sacerdotalis familiae: rex ex regibus, sacerdos ex sacerdotibus: licet oraculum non de carnalibus sed de caelestibus exprimatur.

Quaest. p. 246. seq. 14. Nec mireris si ab Abraham plures secundum Lucam successiones usque ad Christum sunt, pauciores secundum Matthaeum; cum per alias personas generationem fatearis esse decursam: potest enim fieri ut alii longaevam transegerint vitam, alterius vero generationis viri immatura aetate decesserint; cum videamus complures senes cum suis nepotibus vivere, alios vero vero viros statim filiis suis obire susceptis.

Quaest. p. 228. sqq. 15. Illud quoque advertimus, quod sanctus Matthaeus Iacob, qui fuit pater Ioseph, filium Mathan esse memoraverit. Lucas vero Ioseph, cui desponsata erat Maria, filium Heli. Heli autem filium Melchi esse descripserit. Quomodo unius duo patres, id est Heli et Iacob? quomodo etiam duo paterni avi Mathan et Melchi? Sed si vere quaeris, invenies, quod iuxta praescriptum legis veteris duo fratres diversos filios uterinos ex una uxore generaverint. Traditur enim Mathan, qui a Salomone genus duxit, Iacob generasse filium, et uxore superstite decessisse, quam postea Melchi accepit uxorem, ex qua generatus est Heli. Rursus Heli, fratre sine liberis decedente, copulatus est fratris uxori, et generavit filium Ioseph, qui iuxta legem Iacob filius dicitur; quoniam semen fratris defuncti frater iuxta legis veteris seriem suscitabat. Ita duorum filius dictus est.

Quaest. p. 245. 16. Non absurdum autem videtur, quod quater denas generationes dividendas sanctus Matthaeus putavit, ab Abraham usque ad David, a David usque ad transmigrationem Babylonis, a transmigratione Babylonis usque ad Christum, in quo vices mutationum pariter designavit. Ab Abraham enim usque ad David tempora, sine regibus fuit populus Iudaeorum; regnum enim iustum a David coepit 2): deinde per reges actum genus omne est Iudaeorum, et intemerata usque ad transmigrationem eorum regna manserunt. Post transmigrationem vero in occasum degenerantis populi nobilitas circumcisa vergebat.

17. Plerique etiam mirantur cur Thamar mulieris famosae, ut illis videtur Matthaeus commemorationem in dominica generatione contexendam putavit? Cur etiam Ruth? cur eius quoque mulieris quae Uriae uxor fuit, et occiso marito in David nuptias commigravit? cum praesertim Sarrae et Rebeccae et Rachel sanctarum feminarum nusquam fecerit mentionem.

Quaest. p. 231. seq. 18. Primum, si veris intendas animum, haec mulier (Thamar) non tam famosa quam iusta; non enim temporalis usum libidinis requisivit, sed successionis gratiam concupivit. Erat enim deforme liberos non habere. Promiserat eam filio suo Iudas, et diu pactarum foedera distulerat nuptiarum. Per moram promissi defunctus est sponsus. Dolens se sine filiis remansisse, dolum studio generationis commenta est, et Iudam consilio praevertit; ut se eidem offerret ornatam, postea quam defunctam eius cognovit uxorem. Vides utique mulieris vitam probari, quod non alienum praeripuit torum, non meretricio studio quasi meretrix adornata est: non enim vagam captavit libidinem, sed diu soceri fraudata promissis, ex ea familia quam delegerat, converso dolo, fructum voluit successionis adipisci. Quis itaque castior, illa quae tamdiu expectavit promissum, an ille qui amorem ferre non potuit oblatum? illa quae sponsi familiam non refugit, an iste qui meretricem putavit? illa quae horam sui corporis volentibus non permisit ad copulam, an iste qui quod studio coepit erroris, ad successionis gratiam castitate mulieris consummavit? Denique ipse confessus est dicens: *iu-*

1) Divinaveram olim in principe mea editione p. 102. adn. 1., fore ut si integrior Eusebius aliquando inveniretur, hi quoque paralipomenon et Esaiae loci apud eum apparerent; quod reapse nunc accidisse videmus in plenioribus Eusebii partibus p. 274.

2) Haec particula in Eusebio desideratur, videturque Ambrosii glossa.

stificata est Thamar magis quem ego; propter quod non dedi eam Selon filio meo. Denique numquam postea virum experta est; iste unius horae impatiens, qui annos a puella exegerat castitatis etc.

19. Sed non ita illam defendimus, ut istum accusemus: immo utrumque excusemus; non autem nos, sed mysterium, quod copulae illius fructus expressit: generavit enim mulier Phares et Zaram filios, generavit geminos. Unde non otiose Matthaeus utrumque signavit, cum Phares tantummodo commemorationem posceret. *Phares* enim *genuit Esron; Esron genuit Aram:* deinde per ordinem singuli. Cur autem cum Isaac duos generaverit, Iacob plures, singulorum tantummodo quos successionis dominicae causa poscebat, fecit scripturae series mentionem, horum autem utrumque memoravit, nisi quia hic in utro mysterium est?

20. Tractavimus moralem locum; tractemus historicum et mysticum. Cum generaret Thamar, legisti quia unus de utero eius praemisit manum, quam corripiens obstetrix, coccum ligavit dicens: *hic exiet prior.* Ut autem manum revocavit puer in matris uterum, statim exivit frater eius. Dixit autem obstetrix: *quid incisa est per te sepis? et vocavit nomen eius Phares. Et post ipsum exivit frater eius, in cuius manu erat coccum, et vocavit nomen eius Zaram.* Vides quanta aenigmata mysterium prodant etc.

21. Cur autem alter manum praemisit ex utero, alter genitali praecessit exortu, nisi quia per geminorum mysterium gemina describitur vita populorum? una secundum legem, altera secundum finem: una secundum litteram, altera secundum gratiam. Prior gratia, quam lex; prior fides, quam littera: et ideo gratiae typus manum ante praemisit; quia gratiae actus ante praecessit, qui fuit in Iob, Melchisedech, Abraham, Isaac, et Iacob, qui per fidem sine lege vivebant. *Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad iustitiam.* Praevenientes enim legem patriarchae sancti, praescriptorum vinculis absoluti, libera et consimili nobis gratia refulserunt.

22. Prior Zara, qui interpretatione significat oriens: lux enim pietatis veri splendor orientis est 1), illius utique qui dixit, oriens nomen est mihi: cuius in patriarchis primitus radius lucis illuxit. Hi enim primi vitae suae actum in hoc saeculo praemiserunt. - Sed media tamquam sepis obiecta legis est observatio, et quodammodo vita maiorum videtur incisa etc.

24. Itaque postea quam manum reduxit, quasi incisione facta sepis, exivit frater eius, quem quasi medium parietem sepis vel maceriae apostolus nominavit, atque ipse de incisione nomen accepit: Phares enim divisio est; unde pharisaei nuncupati, eo quod a multorum se coniunctionibus separarent. Beatius autem et multo melius fuisset non incidi sepem, sed unam eandem et indivisam permanere. Quod fieri potuit si ei vitae quae prior manum misit, hoc est actum ostendit suum, consequens fuisset eius vitae militia quae secuta est. Multo enim melius, si circumcisus populus vitam maiorum voluisset imitari: sic enim fuisset una sepis, una macerja, una aedificatio priorum ac sequentium. Sed quia primum illum vitae actum posterioris infirmitas non potuit implere, incisione sine dubio facta sepis eius sive maceriae, quae secundum Deum aedificata erat, tamquam medius paries interiectus est.

26. Ergo dominus Iesus, qui postea secundum carnem venit in lucem, veteris illius munitionem sepis instaurans, in maiorum nos actum et antiquam simplicitatem fidei reformavit. Unde de eo et propheta dixit: *vocaberis aedificator sepis.* Tulit enim illum obicem qui unitatem mentis et corporis, seriemque vitae simplicis dividebat; atque ipse factus est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem sepis solvit. Quem parietem exponit apostolus inimicitias esse in carne. Has ergo inimicitias tulit Dominus, et pacem refudit, legemque mandatorum in decretis evacuavit. Dominus enim sabbati, superstitionem tulit sabbati corporalis, et quasi medium solvit legis parietem: qui nos ab ea pietate, quae secundum Deum est, decretorum difficultate prohibebat: eo quod iuxta Moysis legem non erat facile atque possibile gentibus militare Deo, cum inanis superstitio Iudaeorum purum affectum gentium a subeunda observatione revocaret.

29. Hic est Dominus, cuius in Zara typus ante praecessit, eo quod ex tribu et ex semine illius Zarae dominus Iesus secundum carnem non solum a femina, sed etiam sub lege generatus est, ut eos qui sub lege erant redimeret.

30. Ruth quoque sine dubio pari ratione minime praetermissam aestimare debemus: de qua sensisse videtur apostolus sanctus, cum alienigenarum vocationem gentium spiritu praevideret per evangelium esse celebrandam, dicens quod lex non sit iustis posita sed iniustis. - Haec enim cum sit alienigena et moabitis (praesertim cum lex Moysis prohiberet has nuptias Moabitasque excluderet ab ecclesia; sic enim scriptum est: *Moabitae non intrabunt in ecclesiam Domini usque ad tertiam ei quartam generationem, et usque in saeculum*); quomodo intravit in ecclesiam, nisi quia sancta et immaculata moribus supra legem facta est? Si enim lex impiis et peccatoribus posita est, utique Ruth, quae definitionem legis excessit, et intravit in ecclesiam, et facta est israhelitis, et meruit inter maiores dominici generis computari, propter cognationem mentis electa non corporis, magnum nobis exemplum est, quia in illa nostrum omnium qui collecti ex gentibus sumus, ingrediendi in ecclesiam Domini figura praecessit. Hanc igitur aemulemur; ut quia haec moribus hanc praerogativam meruit adsciscendae societatis suae, sicut historia docet; nos quoque propter morum electionem in ecclesiam Domini, meritis suffragantibus, adlegemur. Quaest. p. 242.

33. Recte igitur sanctus Matthaeus per evangelium gentes ad ecclesiam vocaturus, auctorem ipsum Dominum gentilis congregationis, alienigenarum generationem secundum carnem adsumsisse memoravit; ut iam tunc esset indicium quod illa generatio ederet gentium vocatorem, quem sequeremur omnes ex alienigenis congregati, relinquentes paterna. - Ergo Ruth, sicut Lia et Rachel, oblita populum suum et domum patris sui, solvens vinculum legis, ingressa est in ecclesiam.

35. Quam vero commemoratio eius dominicae prosapiae fuerit inserenda, declarat mysterii altioris expressio, qua prophetatum est ex genere eius in Ephratha Christum esse generandum, cum dicitur: *det tibi Dominus - facere virtutem in Ephratha, et sit nomen in Bethleem.* Quae est enim virtus, nisi quae per Christum gentium populus congregavit? quod autem nomen, nisi illud quod Bethleem patria Domini secundum carnem nascentis est facta?

37. David quia praesumptione virtutis elatus dixerat: *ego autem dixi in abundantia mea, non movebor in aeternum;* statim insolentiae huius poenam subiisse se memoravit dicens: *avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus.* - Si ergo David insolentiam damnat, humilitatem induit, recte in historia uxoris Uriae magisterium istud affectandae humilitatis adsciscitur. Quaest. p. 239.

1) Paulo aliter videtur Ambrosius legisse verba Eusebii p. 237. n. 5. φωτὸς γὰρ εὐσεβείας αἱ πρῶται τῆς ἀνατολῆς αὐγαί.

Quaest. p. 241. 278. 39. Ergo cum David Bersabee historiam non praetermiserit in suis psalmis, ut in ea vel mysterium vel actum perfectae paenitentiae nos doceret, iure videmus etiam in generationibus dominicis non praetermissam. - Alterum mysterium ad ecclesiam pertinet quod dixit: *ecce audivimus eam in Ephratha.*

Quaest. p. 272. 278. 40. De Achab 1) autem satis claret, cui uxor Iezabel: et de Iechonia, de quo satis idoneus auctor est Hieremias, maximi reum esse delicti, cui etiam quod habuit nomen eripuit. Et ideo qui Ioacim in regnorum libris dicitur, Iechonias ab Hieremia est nominatus, dicente eo: *abiectus est Iechonias ut vas, non est usus in eo; propter quod proiectus est ipse et semen eius. Terra, terra, audi verbum Domini, scribe virum istum abdicatum; quia non exsurget ex semine eius sedens in throno David, princeps adhuc in Iuda.* Eo enim regnante, Iudaeam Babylonii vastaverunt, neque postea umquam de semine eius regnum quisquam in Iudaea potuit obtinere. Postea enim populus de captivitate dimissus, sub sacerdotibus et tetrarchis fuit. Unde etiam usque ad Christi generationem mansere tetrarchae; ne ipsi quidem, quantum historia docet, regalis dignitatem generis reservantes 2).

42. Tamen ipsum regem secundum honorem saeculi non accepimus Christum. Quomodo ergo *ex fructu ventris tui ponam super sedem tuam?* quomodo et angelus de eo dicit, quod *dabit illi dominus Deus sedem David patris sui, et regnabit in domo Iacob?* Quomodo regnare promittitur, nec ostenditur? aut quomodo ex semine Iechoniae nullus regnaturus dicitur per prophetam? Si enim Christus regnavit, ex semine autem Iechoniae Christus est, propheta mentitus est, mentita sunt et oracula. Sed illic futuros ex semine Iechoniae posteros non negatur; et ideo de semine eius est Christus: et quod regnavit Christus, non contra prophetiam est; non enim saeculari honore regnavit, nec in Iechoniae sedibus sedit, sed regnavit in sede David.

Quaest. p. 274. 43. Verum cum ipse Iechonias David sederit sedem, quemadmodum solvitur quod dictum est, quia David sedem Iechoniae posteri non sedebunt, cum eadem sedes fuisse videatur amborum? Itaque et nos sedem Davidis fuisse negare non possumus; non eandem tamen regis David sedem Christus, quam Iechonias, sedit: immo nec quisquam alius ex genere David sedem eius potuit sedere, quam Christus; quia nec in alio semen eius aeternum est, sed in Christo, sicut Deus ipse iuravit dicens: *semel iuravi sancto meo, si David mentiar, semen eius in aeternum manebit, et sedes eius sicut sol in conspectu meo.* Quem igitur dicit hic? non Salomonem utique, non Roboam, non Nathan, sed illum de quo solo potest dicere: *ipse invocabit me, pater meus es tu. Ponam in saeculum saeculi semen eius, et thronus eius sicut dies caeli.* Hic est, de quo dicit angelus ad Mariam: *et vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, et filius altissimi vocabitur; et dabit illi dominus Deus sedem David patris sui, et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis.*

Quaest. p. 251. 44. Excitemus Christum, ipsum interrogemus, ipse respondeat. Invenimus quia regnum Domini non est de hoc mundo; ipse enim dixit: *regnum meum non est de hoc mundo.* Qui dicit non esse de hoc mundo regnum suum, ostendit esse supra mundum.

Quaest. p. 246. 45. Illud quoque non praetermittendum putamus, quod a David temporibus usque ad Iechoniam, hoc est usque ad captivitatem, cum decem et septem fuerint reges Iudaeae, quatuordecim generationes sanctus Matthaeus posuerit: et rursus ab Iechonia usque ad Ioseph cum viritim generationes duodecim computentur, postea quatuordecim generationes descriptas esse memoraverit. Et primum oportet cognoscere posse plures esse successiones et pauciores generationes. Possunt enim diutius vivere aliqui et serius generare, aut certe penitus exsortes generationis existere. Itaque non quae regum, eadem generationum tempora. Unde et Matthaeus eos, quos ad generationem non putavit pertinere, praeteriit. Nam si propositum esset ei successiones describere, rationabiliter moveremur, cur cum in regnorum libris et paralipomenis conveniat, quod post Ioram Ochozias regnaverit, et Iodam et Amasias; Amasiae autem successerit Ozias; sanctus Matthaeus illos reges praeterierit, Ochoziam, Iodam et Amasiam, et post Ioram Iosaphat subiecerit. Sed non eum in regum successione, sed in generatione subiecit. Denique generationum relatorem se fuisse memoravit: potuit enim fieri ut et Ioram tardius generaverit, et Iosaphat serius perceperit regnum; atque ita Ioram patri suo, cui in potestatem non successit, in generatione successerit.

Quaest. p. 247. 46. Quod vero post Iechoniam duodecim generationes enumerasse videtur evangelista, si diligenter advertas, hic quoque quatuordecim generationum poteris invenire rationem. Duodecim enim usque ad Ioseph numerantur, non usque ad Christum: tertius decimus est Christus -. Duos Ioachim, hoc est duos Iechonias fuisse historia indicat; unum ante transmigrationem, alterum in ipsa transmigratione generatum, id est patrem et filium. Ergo pater inter generationes superiores est computatus, qui successit Iosiae; filius inter posteriores, qui successit patri, id est nepos Iosiae. Duos autem fuisse regnorum libri indicant: *et imperavit Pharao super Israhel* (*etc. ut apud Euseb.*) Vides igitur quod alius fuerit Osiae filius, alius nepos: filius ille, cui Hieremias nomen imposuit: nepos iste, qui patris vocatus est nomine. Et bene sanctus Matthaeus a propheta noluit discrepare; ut non Ioachim sed Iechoniam nominaret. Simul maiorem fructum dominicae pietatis adstruxit, si generis nobilitatem non in omnibus Dominus requisivit, sed de captivis et peccatoribus congrue nasci voluit, qui remissionem veniebat praedicare captivis 3).

Quaest. syr. p. 281. 48. Qui sunt isti Magi, nisi qui, ut historia quaedam docet, a Balaam genus ducunt, a quo prophetarum est: *orietur stella ex Iacob?*

Quaest. p. 254. 50. Haec tibi, frater, de generatione Christi non incognita putavi prolixius persequenda, ne quis cum ista in evangelio minus adtento animo recenseret, aliquatenus fluctuaret etc.

1) Desideratur apud Eusebium mentio Achabi; idque accidisse puto, quia breviator hanc cum aliis partem eusebianam omiserit.

2) Exin exponit Ambrosius Herodis magni nativitatem patrisque historiam. Quare suspicor hanc quoque partem repetivisse Eusebium (a breviatore deinde omissam) in quaestionibus ex historia sua I. 7. sive ex Africano, uti repetiit quaest. IIII. ad Steph, partem illam de Iosephi genealogia.

3) Pergit Ambrosius quaerere ac respondere cur evangelista quorumdam meminerit, ut Iosephi, Iudae, Simeonis, Levini, Nathani, Noachi, Mathusalae, Enochi, Sethi, Adami; alios vero praetermiserit v. gr. Cainum. Quae omnia sumi ex Eusebio existimo, quamquam in breviatis eius quaestionum eclogis iam non occurrunt. Sic autem concludit librum Ambrosius, ut ad clausulam, qua Eusebius alloquitur Stephanum, sine dubio respiciat.

EX LIBRO X.

Quaest. p. 255 seqq. Item p. 283. seqq.

147. *Mane autem sabbati venerunt valde tempore ad monumentum.* Magna oritur hoc loco plerisque dubitatio; nam etsi non videntur evangelistae dixisse contraria, tamen diversa dixerunt. Siquidem Lucas *mane valde tempore;* Marcus *valde mane*; Matthaeus *vespere sabbati;* Iohannes *prima sabbati cum adhuc tenebrae essent*, mulieres ad monumentum venisse dixerunt. Deinde hic duos viros, Marcus unum iuvenem in albis sedentem, Matthaeus unum angelum, Iohannes duos angelos in albis sedentes visos esse memoraverunt. Postremo, quod vix enodabile videatur, Iohannes scripsit dictum Mariae Magdalenae: *noli me tangere; nondum enim adscendi ad patrem meum;* Matthaeus occurrisse Dominum scripsit Mariae Magdalenae et alteri Mariae, et illas accepisse et tenuisse pedes eius et adorasse, evidentissima descriptione digessit.

148. Quomodo ergo solvendum, nisi quatuor evangelistas de diversis quatuor putes dixisse temporibus; ut et personas alias mulierum, et alias coniicias visiones? Denique aliae cum unguento primo sabbati veniunt, aliae sine unguento vespere sabbati. Istarum nomen exprimitur, illae de Galilaea secutae Dominum designantur.

150. Primum igitur illud spectandum est, quod scriptum est: *vespere sabbati quae lucescit in prima sabbati*, resurrexisse Dominum. Sic enim habes, quia *vespere sabbati venit Maria Magdalene et altera Maria videre sepulcrum, et ecce terrae motus factus est magnus.* Non enim die sabbati, sed post sabbati diem, nocte utique resurrexit. Denique quae mane venerunt, licet valde tempore, tamen iam Dominum resurrexisse cognoverunt.

151. Sic igitur temperandum est, ut neque mane dominica quae est prima post sabbatum, neque sabbato resurrectio facta credatur. Nam quomodo triduum compleretur? non ergo vesperascente die, sed noctis vespere resurrexit. Denique graecus sero dixit, hoc est ὀψέ. Sero autem et horam signat in occasu diei, et cuiusque rei significat tarditatem. - Est et sero tempus noctis profundum.

152. Unde et mulieres ad monumentum accedendi habent facultatem, iam utique custodibus quiescentibus. - Postremo etiam principes sacerdotum congregati cum senioribus nocte id factum esse confirmant, dicentes custodibus: *dicite quia discipuli eius nocte venerunt, et furati sunt eum, nobis dormientibus* etc.

Quaest. p. 300.

153. Si plures Mariae, plures fortasse etiam Magdalenae, cum illud personae nomen sit, hoc locorum.

154. Denique alteram esse cognosce. Illa admittitur pedes Domini tenere, tangere Dominum ista prohibetur. Illa angelum videre meruit, haec primo quando venit neminem vidit. Illa discipulis Dominum resurrexisse nuntiavit, ista raptum esse significat. Illa gaudet, haec plorat. Illi in gloria sua iam Christus occurrit, haec adhuc mortuum quaerit. Illa Dominum vidit et credidit, haec non potuit agnoscere cum videret. Illa fideli adorabat in spiritu, haec dubio maestificabatur affectu.

Quaest. p. 301.

155. Merito nimirum prohibetur tangere Dominum; non enim corporali tactu Christum, sed fide tangimus: *nondum enim*, inquit, *adscendi ad patrem meum;* hoc est, nondum tibi adscendi, quae viventem cum mortuis quaeris.

161. Itaque quid intersit inter illam et hanc Mariam, scriptura distinguit. Illa occurrit ut Iesum videat, haec retrorsum convertitur: illa salutatur, haec redarguitur. Denique sic habes: *dicit ei Iesus, mulier.* Quae non credit, mulier est, et adhuc corporei sexus appellatione signata.

Quaest. p. 294. seqq. et p. 302.

180. Spiritum autem sanctum vel illis undecim quasi perfectioribus insufflavit, et reliquis postea tribuendum esse promittit; vel iisdem ibi insufflavit, hic spopondit. Nec videtur esse contrarium, cum divisiones sint gratiarum; *alii enim datur sermo sapientiae* etc. *alii operatio virtutum* etc. Ergo aliam insufflavit ibi operationem, hic aliam pollicetur; ibi enim remittendorum gratia tributa est peccatorum, quod esse videtur augustius, et ideo insufflatur a Christo. Deus enim solus peccata dimittit. Lucas autem linguarum gratiam describit affusam. Denique ibi habes *accipite Spiritum sanctum.*

Quaest. p. 295. et p. 301.

182. Cur secundum Matthaeum et Marcum mandat discipulis, *praecedam vos in Galilaeam, ibi me videbitis:* secundum Lucam vero et Iohannem etiam intra conclave obtulit se videndum? Et quidem quod se videndum frequenter obtulerit, et plusquam quingentis fratribus et Petro et Iacobo, etiam apostolico probavimus testimonio. Et Lucas in actibus apostolorum docuit, quod discipulis *manifestaverit se vivere post passionem suam, in multis argumentis apparens his, et disputans de regno Dei.* Ergo quia saepius et diversis apparuit, cum in Galilaea quando sit visus, nequaquam praescriptum ac definitum tempus scriptum signaverit, in Hierusalem quando se obtulerit, et diem et horam expresserit; timidiores intra coclavia revisuntur, fortiores ad montem convenerunt.

183. Denique intra conclave, ostiis clausis, inducit Iohannes discipulos congregatos propter metum Iudaeorum: quos non undecim Lucas, sed plures scripsit fuisse: istos autem Matthaeus undecim solos in Galilaea convenisse non siluit: *undecim autem discipuli abierunt in Galilaeam, in montem ubi constituerat illis Iesus, et videntes eum adoraverunt.* Undecim quoque discumbentibus discipulis et Marcus in fine apparuisse scribit.

184. Unde hoc convenientius arbitror, quod Dominus quidem mandaverit discipulis ut in Galilaea se viderent; sed illis metu intra conclave residentibus, primo se obtulisse, postea vero confirmatis animis, undecim illos Galilaeam petisse. Vel certe (hoc quoque diligentibus scriptoribus placuisse reperio) nihil obstat si dicamus pauciores intra conclave, in monte complures fuisse.

EX HIERONYMI COMMENTARIO AD MATTHAEUM.

Quaest p. 232.

Filii David, filii Abraham etc. Ideo, ceteris praetermissis, horum filium nuncupavit, quia ad hos tantum est facta de Christo repromissio ad Abraham *etc.*

Quaest. VII. VIII. IX.

Notandum in genealogia Salvatoris nullam sanctarum assumi mulierum, sed eas quas scriptura repraehendit; ut qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens, omnium peccata deleret. Unde et in consequentibus Ruth moabitis ponitur, et Bethsabee uxor Uriae.

Quaest. p. 247.

Cernis quod secundum fidem historiae tres reges in medio fuerint, quos hic evangelista praetermisit. - Quia evangelistae propositum erat tres tessarecedecades in diverso temporum statu ponere *etc.*

Si voluerimus Iechoniam in fine primae tessarecedecadis ponere, in sequenti non erunt quattuordecim sed tredecim. Sciamus igitur, Iechoniam priorem ipsum esse quem et Ioacim; secundum autem, filium, non patrem: quo-

1) Hactenus S. Ambrosius, tacito ut veteres saepe solent auctoris nomine, evangelicas Eusebii quaestiones excerpsit. De hoc autem Ambrosii more latius nos in praefatione diximus.

1) Habemus hanc Iuliani imp. obiectionem apud S. Cyrillum in opere contra eundem Iulianum libro VIII. circa initium.

rum prior per *c* et *m*, sequens per *ch* et *n* scribitur: quod scriptorum vitio et longitudine temporum, apud graecos latinosque confusum est.

Hoc loco obiecit nobis Iulianus Augustus 2) dissonantiam evangelistarum, cur evangelista Matthaeus Ioseph dixerit filium Iacob, et Lucas eum filium appellaverit Heli: non intelligens consuetudinem scripturarum, quod alter secundum naturam, alter secundum legem ei pater sit. Scimus enim hoc per Moysen Deo iubente praeceptum, ut si frater aut propinquus absque liberis mortuus fuerit, alius eius accipiat uxorem ad suscitandum semen fratris vel propinqui sui. Super hoc et Africanus temporum scriptor, et Eubius caesariensis in libris διαφωνίας εὐαγγελιῶν plenius disputarunt. Quaest. III. IV. cum suppl.

Numera a Iechonia usque ad Ioseph, et invenies generationes tredecim; quarta decima ergo generatio in ipsum Christum reputabitur. Quaest. p. 247.

Quaerat diligens lector et dicat: quum Ioseph non sit pater domini Salvatoris, quid pertinet ad Dominum generationis ordo deductus usque ad Ioseph? cui respondebimus primum, non esse consuetudinis scripturarum, ut mulierum in generationibus ordo texatur. Deinde ex una tribu fuisse Ioseph et Mariam: unde ex lege eam accipere cogebatur ut propinquam: et quod simul censetur in Betleem, ut de una videlicet stirpe generati. Quaest. I.

Quare non de simplici virgine sed de desponsata concipitur? Primum ut per generationem Ioseph, origo Mariae monstraretur: secundo ne lapidaretur a Iudaeis ut adultera: tertio ut in Aegyptum fugiens haberet solatium mariti. Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam, cur a desponsata conceptus sit; ut partus, inquiens, eius celaretur diabolo, dum eum putat non de virgine sed de uxore generatum.

Non ab alio inventa est nisi a Ioseph, qui paene licentia maritali futurae uxoris omnia noverat. Quaest p. 277.

Quomodo Ioseph quum crimen celet uxoris, iustus scribitur? sed hoc testimonium Mariae est, quod Ioseph sciens illius castitatem, et admirans quod evenerat, celat silentio, cuius mysterium nesciebat. Quaest. p. 221.

Notandum quod Ioseph filius esse dicatur David, ut Maria quoque de stirpe David monstraretur. Quaest. p. I. seqq.

Oritur in oriente stella, quam futuram Balaam, cuius successores Magi erant, vaticinio noverat. Quaest. syr. pag. 281

EX EODEM HIERONYMO CIRCA FINEM.

Quod diversa tempora istarum mulierum in evangeliis describuntur, non mendacii signum est, ut impii obiiciunt, sed sedulae visitationis officium, dum crebro abeunt ac recurrunt, et non patiuntur a sepulcro Domini diu abesse vel longius. Quaest ad Mur.

Istae accedunt et tenent pedes eius, quia adoraverunt eum. Ceterum illa quae quaerebat viventem cum mortuis, et nesciebat adhuc filium Dei surrexisse, merito audit: *ne tangas me, nondum enim adscendi ad patrem meum.* Quaest. p. 301.

MONITUM DE SEQUENTE THEOPHANIAE FRAGMENTO.

Rursus mihi iucunda res accidit, quod dum Eusebii locos, quotquot sunt in Nicetae ad Lucam catena ms., ex graecis latinos facerem, feliciter agnovi, postremum praedicti Eusebii locum, in penultimo scilicet atque ultimo codicis folio scriptum, pertinere totidem verbis ad Theophaniae librum IV. capp. 8. *et* 9, *prout in anglica cl. Samuhelis Lei ex syriaco idiomate interpretatione legitur, ab initio paginae* 224. *usque ad initium item paginae* 229. *Nunc vero repertum a nobis originale graecum fragmentum, in nostra quidem Theophaniae editione graeca inter quintum sextumque numerum p.* 121. *collocandum erit. Porro Nicetam Theophaniae partes modo cum ipso operis titulo, modo tantum Eusebii adscripto nomine (ut heic fecit) recitare in catena ms. solitum, iam alibi non semel diximus. Quare et nos, ante cognitas seu anglicam seu syriacam operis editiones, locos nudo Eusebii nomine praeditos, Theophaniae adscribere non potuimus; quod nunc anglici libri beneficio effecimus: ut anglus vicissim editor, graeca nostra originalia in librum suum, cum ei commodum erit, libenter ut remur transferet. Nequid vero heic repetamus, lectores nostros ad disputata superius in monitis p.* 108, *et p.* 157-159, *itemque in adnotationibus sparsim dicta, ablegamus. Certe hinc apparet, citatum aliud a cl. Sam. Leo p.* 224. *in adn. fragmentum nostrum (apud nos p.* 136. *fin.) ad hunc Theophaniae locum, ut ipse vellet, trahi non posse.*

EUSEBII CAESARIENSIS

THEOPHANIAE GENUINUM FRAGMENTUM

EX NICETAE CATENA MS. AD LUCAM.

Cod. A. f. 319. b. Theoph. lib. IV. ed. angl. p. 224.

70. Tertia decima a Mohamede fabula inscribitur ABRAHAM; nihil tamen frugi de hoc homine narrat; sed prout etiam in superiore fabula, breviter de re creata locutus, quam a divino Spiritu regi dicit, subdit ministerii sui negotium; consuetamque blasphemiam effutit, quod Deus quem vult errare facit, vicissimque quem vult dirigit. Rursusque meminit Thamudi et Aadi, iuxta priscum deliramentum suum: et quod propterea sibi quoque credi debeat ut Dei legato. Huius autem legationis suae hoc dicit indicium, quod futuri sunt in paradiso credentes, cum uxoribus suis et filiis simul deliciantes; infideles autem, in iudicio. « Interulae eorum ex pice ce- » drina, et cooperiet vultus eorum ignis. Atque ita tremendum diem irridens, fabulari desinit. Animadvertendum est morem esse improborum hominum haud nuda obiicere retia; alioquin ipsi potius praedae forent. Non est ergo mirandum siqua interdum apud eum sunt laudabilia. Verumtamen illa oportet explorare quae noviter ipse ponit, quantopere fraudes eius dolique adversentur divinis, a quibus is decerpit, legibus.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΙΓ'.

ο'. Τὸ τρισκαιδέκατον μυθάριον τῷ Μωάμετ εἰς μὲν τὸν Ἀβραὰμ ἐπιγέγραπται, οὐδὲν δὲ ἄξιον λόγου περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐξηγεῖται, ἀλλὰ κατὰ τὸν πρὸ τούτου μῦθον ὀλίγα περὶ τῆς κτίσεως καταλέξας ὅτι θείῳ πνεύματι διοικεῖται, ἐπάγει τὰ οἰκονομούμενα παρ' αὐτοῦ· καὶ φησὶ τὴν συνήθη βλασφημίαν, ὅτι ὁ Θεὸς ὃν θέλει πλανᾷ, καὶ ὃν θέλει ὁδηγεῖ· καὶ αὖθις μέμνηται Θαμοὺδ καὶ Ἀὰδ κατὰ τὸν πάλαι λῆρον αὐτοῦ· καὶ ὅτι διὰ τοῦτο κἀγὼ ὀφείλω πιστωθῆναι ὡς Θεοῦ ἀπόστολος· τῆς δὲ τούτου ἀποστολῆς γνώρισμα τοῦτο φησίν· ὅτι ἔσονται φησὶν οἱ πιστοὶ ἐν τῷ παραδείσῳ ταῖς ἑαυτῶν γυναιξί τε καὶ τέκνοις συνευφραινόμενοι· οἱ δὲ ἄπιστοι φησὶν, ἐν τῇ κρίσει· « τὰ καμήσια αὐτὸν ἀπὸ κε- » δρίας, καὶ καλύπτει τὰ πρόσωπα αὐτῶν τὸ » πῦρ· » καὶ οὕτως καταπαίζων τῆς φοβερᾶς ἡμέρας, τοῦ φληνάφου ἀπέστη. Ἐπιστῆσαι δὲ δεῖ ὅτι ἐπὶ τῶν κακουργούντων ἴδιον τὸ μὴ γυμνὰς προτιθέναι τὰς ἄρκυς· ἢ γὰρ ἂν αὐτοὶ μᾶλλον ἑάλωσαν· οὐ χρὴ ξενίζεσθαι, εἰ καὶ παρ' αὐτῷ τι τῶν ἐπαινουμένων θεωρηθείη· ἀλλὰ τὰ παρ' αὐτοῦ καινιζόμενα βασανίσαι δεῖ· εἴ γε μὴ σφόδρα διαμάχεται τοῖς ἐξ ὧν ἐληφθησαν αὐτοῦ τὰ θελέατα καὶ αἱ ἀπάται θεογράφοις νόμοις· Sur. XIV. v. 10. cod. f. 114. Sur. XIV. 49.

CONFUTATIO XIV.

71. Quarta decima fabula inscribitur NOGER, cuius meminit circa fabulae ipsius finem, nempe quod sodalis Sodomitarum fuerit. Totus autem huius fabulae scopus est, ne fides ei denegetur; idcirco ait: dicent omnino, daemoniacus es, si a Deo haec accepisse adfirmas. Nam si verax esses, angelos adduxisses. Iam ipse causas, quamobrem angelum venire non oporteat, ponit duas; tum quia id a quibusdam prohibetur;

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΙΔ'.

οα'. Τὸ τεσσαρεσκαιδέκατον μυθάριον ἐπιγέγραπται μὲν εἰς τὸν Νόγερ 1)· μέμνηται δὲ αὐτοῦ πρὸς τῷ τέλει τοῦ μύθου ὅτι ἑταῖρος ἦν τῶν Σοδομητῶν· ὁ πᾶς δὲ σκοπὸς τούτου τοῦ μύθου περὶ τοῦ μὴ διαπιστηθῆναι αὐτόν· καὶ φησὶν, ὅτι πάντως ἐροῦσί σοι ὅτι δαιμονιάρις εἶ λέγων ἐκ θεοῦ δέξασθαι ταῦτα· εἰ γὰρ ἦς ἀληθινός, ἄγγελον ἂν κατῆγες. αἰτίας δὲ τίθησι τοῦ μὴ δεῖν ἔρχεσθαι ἄγγελον, δύο· ὅτι τε εἰσί τινες οἳ οὓς τοῦτο κωλύεται· καὶ ὅτι ἐκείνων ἐλθόντων, Sur. XV. 19. Sur. XV. 7.

1) Alcoranus arabicus *Hegrum*, quam Gelal apud Maraccium vallem dicit. Noster graecus hominem existimat, et scribit *Noger*.

τὸ ὅλον ἥνυσται· καὶ τίς χάρις τοῖς ἀνθρώποις;
v. 15. cod. f. 115. εἰ δὲ καὶ τὸν οὐρανὸν φησὶν ἠνοίξαμεν, ἵσταντο
» ἂν οἱ ὁρῶντες αὐτὸν ἔκθαμβοι· διὰ τοῦτο οὐδὲν
» τούτων γίνεται· ἀλλ' ἀντὶ τούτων φησὶ καλῶς
» εἰδὼς τὰ μετέωρα· « ἴδετε τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ
» καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὰς ἀστροτοξίας γινο-
» μένας, ὁπηνίκα ἀναβαίνει ὁ σατανᾶς παρα-
» κράσθαι θέλων τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ λαλούμενα·
» καὶ διὰ τοῦτο πιστεύσατε ὅτι ἀπόστολός εἰμι·
» ἄλλος γὰρ τοῦτο πρὸ ἐμοῦ οὐκ ἐδίδαξεν. » Εἶτα πάλιν μέμνηται τῆς τοῦ Ἀδὰμ πλάσεως, καὶ
v. 27. τῆς γενέσεως τοῦ Βελίαρ, καὶ τῆς αὐτοῦ ἀπειθείας,
v. 58. καὶ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τῆς ἱστορίας τῆς κατὰ τὸν Λώτ· καὶ παρεμβαλών τινα ἔξωθεν ἕτερα, κατορθώσας τε ἐκ τῆς τούτων ἐξηγήσεως ὡς ἐνόμιζε τὸ πιστωθῆναι, καθάπτεται λοιπὸν τῶν τιθέντων κοινωνὸν θεῷ 1)· καὶ ἐν τούτοις τῷ φληναφῳ τέλος τίθησιν.

tum quia illis advenientibus, cuncta consummabuntur. Quae porro gratia erit hominibus? « Quod si caelum ipsum, inquit, aperi» remus, profecto admirabundi spectarent. » Ideo nihil horum fit. Sed eorum loco, inquit, praeclare sciens caelestia. « Videte caeli celsi» tudinem atque sidera, et siderum iaculatio» nes, quo tempore ascendit Satanas audien» di cupidus quae in caelo dicebantur. Id» circo credite me esse legatum: hoc enim » ante me nemo docuit. » Deinde meminit rursus creationis Adami, et originis Belial, atque eius contumaciae; Abrahami item et historiae Loti. Tum quibusdam insertis exterius desumptis, atque hac narratione existimans sibi fidem conciliasse, reprehendit illos postea qui socium Deo dant. Atque ita finem vanae fabulae imponit.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΙΕ'.

Snr. XVI. 68. cβ'. Τὸ πεντεκαιδέκατον μυθάριον ἐπιγέγραπται μὲν εἰς τὰ μελίσσια· μέμνηται δὲ τῶν μελισσῶν περὶ τὰ μέσα τοῦ μύθου, ὅτι ἐργάζονται κηρὸν καὶ μέλι· προστίθησι δὲ τὴν ἀπάτην αὐτοῦ, ὅτι δὴ ἐκ θεοῦ ταῦτα δέδεκται· καὶ ἐπιτρέχειν δοκεῖ τὰς ἐν τῇ κτίσει τοῦ θεοῦ δυναστείας· καὶ ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ κτήνη, καὶ διοικεῖ
cod. f. 116. πάντα· καὶ ἐξώμνυται ὅρκον φρικτὸν κατὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ θεοῦ, ὅτι ὅσοι λέγουσιν ἔχειν τὸν
v. 56. 57. Θεὸν θυγατέρας ἀγγέλους, τιμωρηθήσονται· τὴν δὲ τελείαν σαφήνειαν τοῦ προχρηματισμοῦ τούτου, ἐν τῷ ἐπιόντι αὐτοῦ μύθῳ ὀψόμενοι ἐκπλαγήσεσθε· μέμνηται δὲ πάλιν περὶ βρώσεως
v. 116. κρεῶν, καὶ φησί· « Μὴ εἴπητε ὅτι τοῦτό ἐστι
» λελυμένον, καὶ τοῦτο κεκωλυμένον τοῦ βλασφημεῖν ἐπάνω τοῦ Θεοῦ ψεῦσμα· βλασφημίαν καὶ ψεῦσμα καλῶν τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ· καὶ παραινεῖ τῇ πίστει Ἀβραὰμ μοναρχίαν τοῦ πιστεύειν·
v. 124. ἔθετο γάρ φησι τὸ σάββατον ἐπάνω τῶν ἀμφιβαλλόντων εἰς αὐτόν· καί τοι γε οὐκ ἐγίνωσκε σαββατισμὸν Ἀβραάμ· ὡς ἐκ τούτου σχάσασθε, ὅτι καὶ σαββατίζειν ἐβούλετο τοὺς βαρβάρους· ἀλλ' ἴσως οὐκ ἀκουσθεὶς ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, οὐκ ἐτόλμησε περὶ αὐτοῦ τι προσθεῖναι· καὶ ἐν τούτοις ὁ φληναφος αὐτῷ περιέστη.

CONFUTATIO XV.

72. Quinta decima fabula inscribitur APES; memoratque reapse apes circa fabulae medium, quia ceram et mel fabricant: addit tamen commentum suum, nempe quod a Deo haec sibi tradita fuerunt. Et delibare videtur Dei in creando potentiam, et quod Deus iumenta fecerit, atque omnia regat: iuratque magnum iusiurandum per Dei nomen, quod poenas luent quicumque Deum habere dicunt filias angelos. Plenam autem praedictionis huius declarationem in subsequente fabula non sine stupore videbitis. Denuo carnium esum memorat dicens: « nolite dicere hoc esse » concessum, illud vero prohibitum, ne blas» phemum adversus Deum mendacium pro» feratis: » blasphemiam videlicet appellans atque mendacium legem Dei; hortaturque ut Abrahamum unius Dei credulitate imitentur. Statuit enim, inquit, sabbatum super discordes de eo. Atqui sabbatismum Abrahamus ignoravit. Quamobrem ex hoc coniicite quod etiam sabbatizare voluisset barbaros; sed cum ei fortasse suadenti non auscultaretur, nihil circa illud ausum esse constituere. Atque in his eius fabula explicit.

1) Christianos designat, qui Deo patri dant socium vel potius consubstantialem filium.

CONFUTATIO XVI.

73. Sexta decima a Mohamede fabula inscribitur FILII ISRAELIS. Declarat autem, qui hanc scripsit: nos dedimus Moysi scripturam. Nos item iudicavimus de filiis Israhelis in scriptura, fore iterum vastitatem in terra, magnumque excessum eventurum. At enim cognoscite ex sequentibus, vere ne hic scripturam Moysi tradiderit. Nam paululum progressus ita nugaciter inquit: « et nos unicuique » homini de collo suspendimus sortem ipsius. » Contingetque ut in die resurrectionis haec illi » obvia scriptura fiat: lege scripturam tuam. » Hoc autem paene omnibus exploratum est, quod sortis decretum ac fatum, non solum haud suasit Moyses, sed ne id quidem memorare voluit. Si igitur ad Dei gloriam pertinet fatum admittere, nil mirum quod postea tradita Mohamedi sint, quae olim sub silentio fuerunt. Sin vero Deum mali aeque ac boni causam vult demonstrare; tunc frustra fuisse leges datas, et poenarum minas intentas, coarguit. Hoc autem est impossibile. Ergo necessario mentitur scriptor, nempe quod haec inepta fabula auctorem habeat illum qui Moysi legem dedit. Eundem habent scopum apud ipsum, quae sequuntur. Dicit enim: « cum aliquod pessumdare oppidum volu- » mus, iubemus incolas eius luxuriose agere; » atque ita iusta fuit de iis sententia: exter- » minio illos exterminavimus: et profecto ge- » nerationes post Noë multas perdidimus. » Atqui haec verba, Deumne hominum amantem an daemonem osorem decent? Deus ne luxuriari iubet an diabolus? Quis evidentiorem postulet demonstrationem, quô sibi persuadeat totum Mohamedis librum a Satana esse editum? Quod si aliqui dicant: quomodo valuit Satanas generationes multas post Noë pessumdare? respondemus, quod viribus ac potentatu quasi divino, nequaquam; fraude autem, et tentatione quô illae Deum ad iracundiam cierent, utique valuit; quod et nunc peragere potest: meritoque ita, quamquam casu fortuito, veraciter dicit diabolum homines pessumdare.

74. Quod si nondum his refutationibus per-

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Ις΄.

cγ΄. Τὸ ἑκκαιδέκατον μυθάριον τῷ Μωάμετ ἐπιγέγραπται εἰς τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ 1)· ἀποφαίνεται δὲ ὁ τοῦτο συγγράψας, ὅτι ἡμεῖς δεδώκαμεν τῷ Μωϋσεῖ τὴν γραφήν, καὶ ὅτι ἡμεῖς ἐκρίναμεν εἰς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐν τῇ γραφῇ τὸ ἀφανίζειν ἐν τῇ γῇ δεύτερον, καὶ ἐξαρθῆναι ἔπαρσιν μεγάλην· σκοπεῖτε δὲ ἐκ τῶν ἑξῆς, εἰ ἀληθῶς οὗτός ἐστιν ὁ τῷ Μωϋσεῖ τὴν γραφὴν δεδωκώς· μικρὸν γὰρ προβὰς φλυαρῶν φησί. « Καὶ ἡμεῖς ἑκάστου ἀνθρώπου ἐκολλήσαμεν αὐ- » τῷ τὴν μοῖραν αὐτοῦ εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ· » καὶ ἐκβαίνει αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστά- » σεως γραφὴ ὑπαντῶσα αὐτῷ αὕτη· ἀνάγνωσον » τὴν γραφήν σου. » Τοῦτο δὲ σχεδὸν πᾶσιν ἐστὶ φανερὸν, ὅτι μοιρογραφίαν καὶ εἱμαρμένην, οὐ μόνον οὐκ ἐνσυθέτει, ἀλλ' οὔτε μνημονεῦσαι ἠνέσχετο Μωϋσῆς· οὐκοῦν εἰ μὲν πρὸς θεὸν δόξαν συντείνει τὸ ἀποδέξασθαι εἱμαρμένην, οὐδὲν ξένον εἰ ὕστερον τὰ τότε σιωπηθέντα αὐτῷ δέδοται· εἰ δὲ κακῶν αὐτὸν αἴτιον, ὥσπερ δὴ καὶ τῶν καλῶν ἀποφαίνει, καὶ ἐκ τούτου ἐπὶ ματαίῳ τὰς νομοθεσίας αὐτῶν τεθεῖσθαι, καὶ τὰς κολάσεις ἀπειλῆσαι ἐλέγχει· τοῦτο δὲ ἀδύνατον· ψεύδεσθαι πάντως ἀνάγκη τὸν γράψαντα, ὅτι τὸ ληρῶδες τοῦτο μυθάριον τοῦ θεδωκότος Μωϋσῇ τὸν νόμον ἐστί· τοῦ αὐτοῦ δὲ σκοποῦ αὐτῷ καὶ τὰ ἑξῆς ἔχεται· φησὶ γάρ· « Ὅτ' ἂν ἠθέλο- » μεν ἀπολέσαι χωρίον, ἐκελεύσμεν τοὺς ἐστῶ- » τας ἐν αὐτῷ, καὶ ἠσώτευσαν ἐν αὐτῷ· καὶ » ἐδικαιώθη ἐπάνω αὐτοῦ λόγος· καὶ ἐδαμάσα- » μεν αὐτοὺς δάμασιν· καὶ πολλοὺς ἀπωλέσαμεν » ἐκ τῶν γενεῶν μετὰ τὸν Νῶε. » Ταῦτα τὰ ῥήματα τίνι μᾶλλον ἁρμόττει; τῷ φιλανθρώπῳ θεῷ, ἢ τῷ μισανθρώπῳ δαίμονι; θεὸς κελεύει ἀσωτεύειν, ἢ διάβολος; ἔτι ταύτης σαφεστέραν ἀπόδειξιν τις ἐπιζητεῖ τοῦ πεπληροφορῆσθαι ὅτι τὸ ὅλον τοῦ Μωάμετ βιβλίον ὁ σατανᾶς ἐξέθωκεν; εἰ δέ τινες ἐξ αὐτῶν εἴπειεν· καὶ πῶς ἴσχυσε σατανᾶς πολλοὺς ἀπολέσαι ἐκ τῶν γενεῶν μετὰ τὸν Νῶε, ἐροῦμεν ὡς ἐξ ἐπικρατείας καὶ δεσποτείας θεϊκῆς οὐδ' ὅλως· ὡς ἐξ ἀπάτης δὲ καὶ τοῦ ἑρεθίσαι αὐτοὺς εἰς τὸ παροργῆσαι τὸν θεὸν, ἴσχυσε· καθ' ἃ καὶ νῦν τοῦτο ποιεῖν δύναται· καὶ εἰκότως ἐν τούτῳ ἐκ τοῦ αὐτομάτου ἀληθεύσει λέγων, ὅτι αὐτὸς ἀπόλλυσι τοὺς ἀνθρώπους.

οδ΄. Εἰ δὲ μὴ πείθοιντο ἐκ τῶν ἐλέγχων τού-

Sur. XVII. v. 2. cod. f. 117. v. 13. v. 16. cod. f. 118.

1) Quamquam vulgo inscribitur arabice *iter nocturnum*; attamen nonnulli, quos graecus sequitur, inscripserunt etiam *filii* vel *filiorum Israhelis*, ut Maraccius adnotat.

των, ἐκ τῶν ἑφεξῆς πιστεύσουσι· κατὰ συνέχειαν γὰρ τῆς περὶ Νῶε ἐξηγήσεως προϊὼν ἐπισυνάπτει καὶ τοῦτο περὶ τῶν εἰρημένων Μωϋσεῖ υἱῶν Θεοῦ καὶ θυγατέρων τῶν ἀνθρώπων, οὕτω
v. 40. λέγων. « Καὶ ἐπελέξατο ὑμῖν ὁ κύριος ἡμῶν τέκ- » να, καὶ ἐπελάβετο ἐκ τῶν ἀγγέλων θηλείας· » ὑμεῖς δὲ λέγετε λόγους μεγάλους. » Ὁρᾶτε τὴν ἀσέβειαν, ὁρᾶτε τὴν ἄνοιαν τοῦ βαρβάρου·
* Gen. VI. 2. ἐπειδὴ γὰρ εἴρηται τῷ Μωϋσεῖ *, ὅτι ἰδόντες οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων ὅτι καλαί εἰσιν, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας· καὶ ὅτι ἐκ τῶν τικτομένων αὐτοῖς ἦσαν οἱ γίγαντες, μὴ εἰδὼς τίνα καλεῖ Θεὸν Μωϋσῆς ὅτι τὸν Ἐνώς, καὶ τίνες αὐτοῦ εἰσιν υἱοὶ ἀμηχανήσας, ὅτι δὴ
cod. I. 119. μετὰ τοσοῦτον πόνον τῶν προλαβόντων λόγων, ἐν τῷ παρόντι κεφαλαίῳ διαπίπτει αὐτοῦ πᾶσα ἐλπίς· φανερῶς τοῦ Μωϋσέως υἱοὺς Θεοῦ ὀνομάζοντος· αὐτῷ δὲ ἦν ἡ σπουδὴ μηδένα αὐτῷ παραχωρῆσαι· καὶ ὥσπερ ἐνθουσιάσας ἀνταμείβει τοὺς χαρακτῆρας τῶν προσώπων καὶ τὰ εἴδη· καὶ τῶν θυγατέρων τῶν ἀνθρώπων ἀναπλάττει θηλείας ἀγγέλους κατὰ τὸν Ἕλληνα μῦθον· « Ἶρις δ' αὖ Ἑλένῃ λευκωλένῳ ἄγγελος ἦλ- » θεν· » ἀντὶ δὲ τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ παραλαμ-
* Hom. iliad. III. 121. βάνει τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· καὶ οὕτω τὰ ἔδνα τῆς αὐτοῦ ἀλογίας καὶ δυσφημίας τοῖς ἀθλίοις βαρβάροις προικίζει.

οε'. Τὸ δὲ πάντων ἐλεεινότερον, ὅτι παρὰ Θεοῦ τοῦτο γενέσθαι καταγγέλλει. « Ἐπελέξατο » γὰρ ὑμῖν ὁ κύριος ἡμῶν τέκνα· καὶ ἐπελάβετο » ἐκ τῶν ἀγγέλων θηλείας· ὑμεῖς δὲ λέγετε λό- » γους μεγάλους. » Τοὺς περὶ τοῦ Θεοῦ φησὶν, ὅτι δὴ φημίζετε τῷ Θεῷ υἱοὺς ἔχειν, καὶ τούτους πεποιηκέναι γαμβροὺς ἀνθρώπων· μᾶλλον μὲν οὖν ἀγγέλους θηλείας νύμφας δέδωκε τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων· ὡς ἐπὶ διορθώσει τῶν μωσαϊκῶν τοιαῦτα φάσκων· τούτου χάριν ἐν τῷ πρὸ τούτου μύθῳ ἐξώμνυται ὅτι αἱ θήλειαι ἄγγελοι οὐκ εἰσὶ Θεοῦ θυγατέρες· πλὴν ὅτι θήλειαι εἰσὶ κραταιῶς ἀγωνίζεται 1)· ἀλλ' οἴμοι τῷ ἁμαρτολωτέρῳ πάσης σαρκὸς, ὅτι ἀναγκάζομαι θέλων ἐλέγ-
cod. I. 120. ξαι τὸν ἐχθρὸν τοῦ θεοῦ, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα λαλεῖν· τί οὖν λοιπὸν πρὸς ταῦτα ἐροῦσιν οἱ ἀρνησίθεοι Σαρακηνοί; ἆρα φιλονεικήσουσι μετὰ ταῦτα, θεόστυγα Μωάμετ καλεῖν; ἢ μᾶλλον ἐπαισθὸν καὶ γόητα καὶ ἀπαταιῶνα αὐτὸν πεφηνότα διαπτύουσι; βαττολογήσας δὲ καὶ δυσφημήσας τούτοις ὅμοια πλείονα, ὥσπερ ἤδη σαφεῖς καὶ ἀναντιῤῥήτους ἐκ τούτων τὰς ἀποδείξεις ποι-

suadentur, sequentibus saltem credent. Etenim narrationem de Noë continuans, pergens porro connectit illud etiam a Moyse dictum de filiis Dei et filiabus hominum, atque ait: « et elegit vobis Deus noster filios, sumpsit- » que ex angelis feminas. Vos autem dicitis » grandes sermones. » Videte impietatem, videte barbari hominis insaniam! Quia enim dictum fuit a Moyse: videntes filii Dei filias hominum quod pulcrae essent, acceperunt sibi uxores; et quod ex iis quos illae pepererunt, erant gigantes; nescit videlicet, quem Deum Moyses appellet, nempe Enosum. Quinam vero sint huius filii ignorans, post tantum praecedentium sermonem laborem, in praesenti demum capitulo universa eius spes manifeste corruit. Nam Moyse filios Dei nominante, Mohamedi cordi erat, nullum omnino filium Deo concedere: ideoque tamquam oestro percitus, personarum formas et genera immutat; et pro filiabus hominum, confingit feminas angelos, iuxta graecam fabulam: » Iris vero ad Helenam candidis ulnis prae- » ditam venit nuncia (angela.) » Filiis autem Dei, filios hominum substituit. Atque ita quasi sponsale stultitiae suae munus miseris barbaris exhibet.

75. Quod vero prae ceteris deplorandum est, a Deo hoc factum adfirmat: « elegit » enim vobis Deus noster filios; sumpsitque ex » angelis feminas. Vos autem dicitis grandes » sermones » nempe de Deo, quandoquidem Deum filios habere dictitatis, atque hos hominum fecisse generos; cum contra potius angelos feminas filiis hominum uxores dederit: quae scilicet ad mosaicae historiae emendationem dicit. Propterea in praecedente fabula iuravit, feminas angelos non esse Dei filias: et nihilominus angelos esse feminas mordicus contendit. Sed heu mihi prae universa carne peccatori, qui cogor, quandoquidem Dei hostem volo confutare, tot taliaque loqui! Ceteroqui quid ad haec dicent Dei negatores Saraceni? Num post haec volent adhuc pertinaciter Mohamedem appellare Dei familiarem, et non potius praestigiatorem et magum? nec eum potius ut manifeste planum convictum despuent? Blaterans autem, et his plura similia blasphemans, quasi manifestas et irrefutabiles fecis-

1) Relandus in opere saepe citato part. II. cap. 13, negat a Mohamedanis existimari angelos feminas.

set demonstrationes, addit. « Et dic: » laus » Deo qui filium non suscepit! » Atque his dictis, fabulae suae finem imponit.

CONFUTATIO XVII.

76. Decima septima a Mohamede fabula inscribitur SODALES SPELUNCAE: narrat autem sanctorum septem adolescentium Ephesi ad speluncam fugam, et mortem et resurrectionem. Hos vero memorat idiota barbarus duplici ex causa; una quidem ut videatur multarum scripturarum gnarus; altera ut sui dogmatis proprium faciat quod illis evenit miraculum. Quia vero probe sciebat fuisse illos christianos, atque incolumes post mortem servatos, multorum annorum simulavit ignorantiam laudabilem, praeque se ferens securam de Deo opinionem, nempe scire eum quae facit, et quomodo ea facit, declinare sic putat multarum rerum vestigationem, quam ne si vellet quidem adsequeretur. Attamen ne hos quidem sine vituperatione esse sinit. Ait enim: « existimas illos vigilantes, at ipsi dormiunt: » versas eos dextrorsum et sinistrorsum: et » canis eorum extendens brachia sua in pulvere. Dominus scit res eorum. Dicunt illi » qui praevaluerunt in negotio ipsorum: constituimus super eos oratorium. Habent dicere fuisse tres, quartum ipsorum canem, » et abstrusa narrare videntur; et hoc, inquit, » usque ad septem. Dominus scit mensuram » (numerum) illorum; nec nisi pauci sciunt » eos. » Deinde nonnullis aliis absurdis ioculariter dictis, mentionem infert paradisi, eiusque conditionem exponit sic. « Nos haud » omittemus mercedem illorum, qui bene egerint. Ipsos manet paradisus in Eden: subter eum decurrunt fluvii. Illic ornantur armillis aureis, induuntur vestibus ex sindone prasina aut styracina; accumbentes » ibi in lectis. Bona retributio, et pulcra » fruitio! » Postea deblaterat, prout etiam antea, de patre suo Belial, et de Adamo ac Moyse peregrina quaedam atque delira. Exin de Alexandro macedone loquitur sic: « quod » nempe abierit usque ad solis occasum, so-

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΙΖ'.

ος'. Τὸ ἑπτακαιδέκατον μυθάριον τῷ Μωάμετ ἐπιγέγραπται μὲν εἰς τοὺς ἑταίρους τοῦ σπηλαίου, ἀφηγεῖται δὲ τὴν τῶν ἁγίων ἑπτὰ παίδων τῶν ἐν Ἐφέσῳ κατὰ τὸ σπήλαιον φυγήν, καὶ τὸν θάνατον, καὶ τὴν ἀνάστασιν· τούτων δὲ ἐμνημόνευσεν ὁ ἰδιώτης καὶ βάρβαρος κατὰ τρόπους δύο, ἕνα μὲν τοῦ δόξαι γραφῶν πολλῶν ἔμπειρος εἶναι, ἕτερον δὲ τοῦ σφετερίσαι εἰς τὸ ἑαυτοῦ δόγμα τὸ κατ' αὐτοὺς θαῦμα· ἐπειδὴ δὲ σαφῶς ἤδει χριστιανοὺς αὐτοὺς ὄντας καὶ σωζομένους ἀκεραίους μετὰ θάνατον, ἐτῶν πλειόνων προσεπεισάτο ἄγνοιαν ἐπαινετήν· καὶ σχηματισάμενος ἀκίνδυνον ὑπόληψιν περὶ Θεοῦ ὅτι αὐτὸς οἶδεν ὅσα ποιεῖ, καὶ πῶς αὐτὰ ποιεῖ, ἐκφεύγειν οἴεται τὴν τῶν πολλῶν πραγμάτων ἔρευναν, ἣν οὐδὲ θέλων ἐγίνωσκε· πλὴν μέν τοι οὐδ' αὐτοὺς παρῆλθε δίχα ψόγου· φησὶ γάρ. « Νομίζεις αὐ- Sur. XVIII. 8. cod. f. 121. v. 17.
» τοὺς ἐγρηγορότας, καὶ αὐτοὶ κειμῶνται· ἀνα-
» στρέφεις αὐτοὺς ἐπὶ δεξιὸν καὶ ἐπὶ τὸ ἀριστε-
» ρὸν, καὶ τὸ σκυλὶν 1) αὐτῶν ἁπλῶν * τοὺς * cod. ἁπλῶνον
» βραχίονας αὐτοῦ εἰς τὸν χοῦν· ὁ κύριος οἶδε τὰ
» περὶ αὐτούς· λέγουσιν οἵ τινες ἐνίκησαν ἐπά-
» νω τοῦ πράγματος αὐτῶν· ἐπελάβομεν ἐπάνω
» αὐτῶν προσκυνητήριον· ἔχουσιν εἰπεῖν τρεῖς· v. 23.
» τέταρτος αὐτῶν τὸ σκυλὶν αὐτῶν· δοκοῦντες
» τὰ ἀπόντα λέγειν· καὶ τοῦτο φησὶν ἕως τῶν
» ἑπτά· ὁ κύριος οἶδε τὸ μέτρον αὐτῶν, καὶ οὐκ
» οἴδασιν αὐτοὺς εἰ μὴ ὀλίγοι. » Εἶτα φλυαρήσας ἕτερά τινα ἀλλόκοτα, μνημονεύει τοῦ παραδείσου, καὶ ἐφράζει τὰ περὶ αὐτοῦ λέγων οὕτως· v. 31.
» Ἡμεῖς οὐκ ἀπερρίπτομεν τὸν μισθὸν τοῦ κα-
» λῶς ἐργασαμένου· ἐκείνοις ἐστὶ παράδεισος
» ἐν Ἐδὲμ, τρέχονται ὑπὸκάτω αὐτὸν ποταμοί·
» ὁρνεύονται ἐν αὐτῷ ἐκ βραχιολίων χρυσέων, φε-
» ρῦσιν ἱμάτια πράσινα ἀπὸ σινδόνος ἢ σαυράκιν
» ἀκυμβίζοντες ἐν αὐτῷ ἐπάνω ἀνακλιτωρίων·
» ἀγαθὴ ἀνταπόδοσις, καὶ καλὴ ἡ ἀπόλαυσις. » v. 31. et 62.
Ἐφεξῆς δὲ φλυαρεῖ ἃ καὶ πρότερον περὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Βελίαρ καὶ Ἀδὰμ καὶ Μωϋσέως, ξένα τινὰ καὶ παράφορα· εἶτα μέμνηται Ἀλεξάνδρου τοῦ μακεδόνος, καὶ φησίν. « Ὅτι ἀπῆλθεν ἕως δυσμῶν v. 87. cod. f. 122.

1) In alcorano arab. كلب *canis;* itaque sic interpretor Nicetam nostrum, qui cur legerit σκυλὶν, alii quaerant. Fortasse proprium canis nomen fuit *scylin;* vel idem canis ita appellabatur ob mixtum ex albo rubroque colorem أشكل.

» ἡλίου, καὶ εὗρε τὸν ἥλιον δύναντα εἰς θερμὸν » ὕδωρ· καὶ ὅτι εἰς τὸν βορρᾶν ἀπετείχισε τὸν » Ὼγ καὶ Μάγωγ· καὶ ὅτι μοναρχίτης ἦν τὸ » σέβας Ἀλέξανδρος κατὰ τὸν Ἀβραὰμ καὶ οὐχ » Ἕλλην. Καὶ προστίθησιν ὅτι ἡμεῖς διηγούμεθα » ἐπάνω σου τὴν ἐξήγησιν ταύτην ἐν ἀληθείᾳ. » Ὁποία δὲ ἐν τούτοις ἀλήθεια προσεστιν, καὶ ἡμῶν μὴ λεγόντων πάντες ἴσασι· τὰ δὲ συνήθη αὐτῷ σαπρολογήσας, ἔστη τοῦ μύθου.

» lemque compererit in calidam aquam demergi : et quod murum sub aquilone munierit contra Gog et Magog: et quod Dei unius » cultor fuerit Alexander, aeque ac Abrahamus, et minime ethnicus. Additque : nos » narramus de illo historiam cum veritate. » Qualis autem sit huius rei veritas, cuncti vel nobis tacentibus sciunt. Denique cum consuetis sibi marcidis formulis fabulam claudit.

III. ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΚΟΙΝΗ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΦΕΞΗΣ ΜΥΘΑΡΙΩΝ ΔΙ' ΕΚΘΕΣΕΩΣ ΤΩΝ ΠΡΟΚΕΚΡΙΜΕΝΩΝ ΑΥΤΟΙΣ ΔΥΣΦΗΜΙΩΝ.

XVIII. CONFUTATIO GENERALIS RELIQUARUM OMNIUM FABULARUM, CUM EXPOSITIONE PRAECIPUARUM IN ILLIS BLASPHEMIARUM.

οζ'. Τὰ μεταξὺ τοῦ ὀκτωκαιδεκάτου μυθαρίου καὶ τοῦ τριακοστοῦ ἕκτου μεστὰ ὄντα τῆς συνήθους αὐτῷ ἀδολεσχίας τε καὶ τερθρείας, μᾶλλον δὲ δυσφημίας τε καὶ ψευδηγορίας, παρήκαμεν· πάντα γὰρ ἀνατετραμμένα καὶ παράλογα, τά τε ἀπὸ τῆς παλαιᾶς, τά τε ἀπὸ τῆς νέας
Sur. XIX. 23. διαθήκης καταφλυαρεῖ· τὴν γὰρ Μαρίαν παρὰ φοίνικα φησὶ τεκεῖν τὸν Χριστὸν, ἀπολεγομένην τὴν ἑαυτῆς ψυχήν· καὶ τὸν Χριστὸν 1) ἀπὸ τῆς γαστρὸς αὐτῆς προσπεφωνηκέναι, ὡς ἂν σείσει
cod. f. 123. τὸν φοίνικα καὶ κατενέγκει καὶ φάγει φοινίκων
Sur. XXI. 79. καρπὸν χλωρόν 2). Τὸν δὲ Δαβὶδ καὶ Σολομῶντα
Sur. XXVII. 16. sq. μετὰ τῶν ὀρνέων καὶ ἀλόγων διαλεγομένους τε-
v. 81. ρατεύεται· δαίμονάς τε βοηθοὺς τῷ Σολομῶντι,
Sur. XXXIV. 12. καὶ γοννδάς τινας παρεῖναι λέγει, καὶ τῶν ἀνέμων ἄρχειν· καὶ τῶν μυρμήκων μυστήρια κατα-
v. 23. νοεῖν· καὶ ἄγριόν τινα ἀλέκτορα τούτου διδάσκαλον, καὶ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καβαλαρίους εἶναι 3)· καὶ τὸν Θώρακα δὲ τὸν σιδηροῦν
Sur. XXXIV. 11. παρὰ τοῦ Δαβὶδ πρῶτον λέγει ἐφευρεθῆναι· ἑαυτόν τε κριτὴν μετὰ τοῦ Θεοῦ φημίζει κρινοῦντος τὴν οἰκουμένην· καὶ ἕτερα αἰσχρότερα 4) καὶ ἀλογώτερα, μᾶλλον δὲ δαιμονιωδέστερα καταφλυαρεῖ.

77. Quae sunt a decima usque ad trigesimam sextam fabulam, utpote plena consuetae Mohamedi garrulitatis et praestigiarum, immo vero conviciorum atque mendacii, praetermittimus. Sunt enim omnia perversa et absurda, tam quae ex vetere quam quae ex novo testamento ioculariter narrat. Namque Mariam iuxta palmam dicit peperisse Christum, vitae suae pertaesam : et ex utero eius Christum proclamasse, ut palmam concuteret, colligeret et manducaret palmarum fructum viridem. Davidem ac Salomonem cum avibus et animalibus loquentes prodigiose facit. Daemones Salomoni auxiliares, et gundas nescio quos adfuisse dicit, et ventis illum imperavisse ac formicarum mysteria novisse : et saevum quendam gallum magistrum eius : et solem atque lunam equitare : et thoracem ferreum a Davide dicit primo inventum : seque iudicem cum Deo fore dicit mundum iudicaturo : alia denique turpiora atque insaniora, immo magis diabolica nugatur.

Sur. XXXVII. 1. οη'. Ἐν μέν τοι τῷ τριακοστῷ ἕκτῳ μυθαρίῳ εἰσάγει τὸν Θεὸν αὐτοῦ Μωάμετ ἐξομνύμενον ὅρκον τοῦτον· « μὰ τὰ φολκῆ τῶν φολκῶν, » καὶ προσθήματα προσθημάτων 5), καὶ ἐντυγχα- » νόμενα μνήμῃ· Θεὸς γὰρ ὑμῶν ἐστιν εἷς κύριος » τῶν οὐρανῶν καὶ τῆς γῆς, καὶ τῶν μέσα αὐτῶν·

78. Iam in trigesima sexta fabula inducit Deum suum Mohamedes iurantem iusiurandum huiusmodi. « Per strabos straborum, et » per incrementa incrementorum, et quae » memoriae occurrunt. Deus enim vester unus » dominus caelorum, et terrae, et omnium

1) Gabrihelem, non Christum, inclamasse Mariae putat Maraccius ; sed utrum recte, non iudico.

2) Confer Relandum op. cit. part. II. cap. 23.

3) Puto in Suris XXXI. 29, XXXV. 13. ubi verbum جرى significat in 1. coniugatione *currere ;* in 2. autem *ad cursum incitare*, seu *equum adigere.*

4) Puta in Sura XXXIII. 4, ubi Mohamedes concedit uxorum repudium. Item v. 36. ubi de Zeidi uxore, quam callida hypocrisi sibi improbus vindicavit. Item v. 48. sq.

5) Alium plane sensum habent verba arabica صف *ordinavit ;* جعجع *agitavit.* Et sic habet Maraccius. Graecus autem noster, quid arabice legerit, divinare non ausim.

» rerum his interiectarum ; et dominus orien-
» tium. » Deinde proclamat tamquam ex per-
sona multorum ita dicens : « nos ornavimus
» caelum propinquum ornamento stellarum :
» et custodivimus adversus unumquemque Sa-
» tanam rebellem. Non audiunt exercitus ex-
» celsos, et sagittis appetuntur ex utroque la-
» tere repulsi. » Paradisum quatuor flumina habere dicit, ex aqua pura, lacte cuius non mutatur sapor, vino suavi, et melle defaecato. Haec scriptitans pervenit usque ad fabulam quinquagesimam. In quinquagesima autem fabula ita Deum facit iurantem : « per lin-
» gentia lingendo, et gestantes onera, et cur-
» rentes rectà, et dispertientes negotia, iurare
» scilicet verum, et quod iudicium venturum
» sit. » In quinquagesima autem prima fabula, sic iurat : « per montem, et scripturam
» in membranis exaratam subtilibus, et per
» hospitium aedificatum, et mare datum, ul-
» tio Domini veniet. ».

79. Tum etiam in quinquagesima secunda fabula, quae inscribitur STELLA, sic iurat ad Arabes pro Mohamede : « per stellam occiduam,
» non est deceptus socius vester, neque a re-
» gula discessit, non est locutus propria vo-
» luntate, nihil est in eo nisi revelata revelatio.
» Demonstravit ei qui validus viribus est, qui
» facile videtur ; et sedit. Ipse est in firmamento superiore : et accessit, et suspensus est :
» et fuit intervallum duorum arcuum, aut
» propinquius : et revelavit servo suo quod re-
» velavit ; non est mentitus quod intra vidit :
» namque id vidit. Descensum alium iuxta
» plantam sideritin tradidit. » Et paulo post definit diserte dicens : « quomodo angeli sunt in
» caelo, quum illorum intercessio numquam prosit? » In quinquagesima tertia fabula dicere volens de lunae passionibus ; ignoransque obscurari eam terrae umbra, ait : « appropin-
» quavit hora, et scissa est luna. Quod si vi-
» derint signum, avertunt se, dicuntque : prae-
» stigium est quod exhibetur, et mendaciter
» fecerunt. » Atque ita ludibundus pergit usque

» καὶ κύριος τῶν ἀνατελλῶν. » εἶτα ἀποφαίνεται ὡς ἐκ προσώπου πολλῶν οὕτω λέγων· « ἡμεῖς ἐκοσμή-
» σαμεν τὸν οὐρανὸν τὸν ἐγγύζοντα διακοσμήσεως
» ἀςέρων· καὶ ἐτηρήσαμεν ἐξ ἑκάστου σατανᾶ ἐκ v. .
» σασίμου· οὐκ ἀκούουσι πρὸς τὰ ὄχλη τὰ ὑψηλὰ,
» καὶ ἀκοντίζονται ἐξ ἑκάςου μέρους ὀθούμενοι· »
Τὸν δὲ παράδεισον, τέσσαρας ποταμοὺς λέγει Sur. XLVII. 16.
ἔχειν ἐξ ὕδατος ἀθελώτου καὶ γάλακτος καὶ ἀλ-
λαςσομένου τοῦ νόστου αὐτοῦ, καὶ οἴνου ἡδέος,
καὶ μέλιτος ὑλιστοῦ· ἐν τούτοις προέεσι μέχρι
τοῦ πεντηκοστοῦ. Ἐν δὲ τῷ πεντηκοστῷ μύθῳ ; cod. f. 124.
οὕτως εἰσάγει τὸν Θεὸν αὐτοῦ ἐξομνύμενον· « μὰ Sur. LI. 1.
» τὰ λιχμοῦντα λιχμὴν 1), καὶ βαστάζουσαι γό-
» μους, καὶ τρέχουσαι εὐθείας, καὶ τὰ μερίζοντα
» πράγματα, ὑπισχνέεσθαι γὰρ τὸ ἀληθές· καὶ
» ὅτι ἡ κρίσις φθάσαι ἔχει. » Ἐν δὲ τῷ πεντηκο-
στῷ πρώτῳ μύθῳ οὕτως ἐξόμνυται· « μὰ τὸ ὄρος, Sur. LII. 1.
» καὶ γραφὴν ςιχιζομένην ἐν μεμβράνῳ λιτῷ, καὶ
» τὸ ὀσπίτιν τὸ ὠκοδομημένον, καὶ τὸ σέγος τὸ
» σηκούμενον, καὶ τὴν θάλασσαν τὴν δεδομέ-
» νην 2), ὅτι ἡ κόλασις τοῦ κυρίου ἐλεύσεται. »

οθ'. Ἐν δὲ τῷ πεντηκοστῷ δευτέρῳ μύθῳ τῷ ἐπιγράφοντι εἰς τὸν ἀστέρα, οὕτως ἐξόμνυται πρὸς τοὺς Ἄραβας ὑπὲρ τοῦ Μωάμετ· « μὰ τὸ Sur. LIII. 1.
» ἄςρον τὸ δυόμενον· οὐκ ἐπλανήθη ὁ ἑταῖρος
» ὑμῶν, οὐδὲ ἠνόμησεν· οὐκ ἐφθέγξατο ἐκ θελή-
» ματος· οὐκ ἔστιν αὐτῷ εἰ μὴ ἀποκάλυψις ἀπο-
» καλυφθεῖσα· ἔδειξεν αὐτῷ ὁ ἰσχυρὸς εἰς δύν-
» αμιν 3), ὁ εὐθεώρητος· καὶ ἐκάθισε· καὶ αὐτός
» ἐςιν ἐν τῷ ςερεώματι τῷ ἀνωτέρῳ· καὶ ἤγγισε,
» καὶ ἐκρεμάσθη, καὶ ἐγένετο μέτρον δύο τόξων ἢ
» ἐγγύτερον· καὶ ἀπεκάλυψε πρὸς τὸν δοῦλον αὐτοῦ
» ὃ ἀπεκάλυψεν· οὐκ ἐψεύσατο τὰ ἐντὸς τὸ εἶδεν·
» καὶ γὰρ εἶδεν αὐτό· κατάβασιν ἄλλην ἐγγὺς τοῦ
» δένδρου τοῦ σιδηρίτου ἐνέδωκε· » καὶ μετ' ὀλί-
γων ἀποφαίνεται καταγγέλλων οὕτω λέγων· « καὶ v. 24.
» πῶς οἱ ἄγγελοί εἰσιν εἰς τοὺς οὐρανούς, μὴ ὠφε- cod. f. 125.
» λοῦσα ἡ παράκλησις αὐτῶν τί ποτε; » Ἐν δὲ τῷ
πεντηκοστῷ τρίτῳ μύθῳ βουληθεὶς εἰπεῖν περὶ τῶν
τῆς σελήνης παθῶν, καὶ μὴ εἰδὼς ὅτι ἐκ τοῦ ἀπο-
σκιάσματος τῆς γῆς σκοτίζεται, φησίν· ἤγγικεν Sur. LIV. 1.
ἡ ὥρα καὶ ἐσχίσθη ἡ σελήνη 4)· καὶ ἐάν θεωῶσι
σημεῖον, ἀποστρέφονται· καὶ λέγουσι· φαρμακία
ἐστὶ παρεχομένη, καὶ ἐψευδοπείσαν. Καὶ οὕ-

1) Arabice est verbum ذر *sparsit*. Noster aliter legit vel intellexit.

2) Arabice verbum, سكجر *implevit*. Noster aliter.

3) Intelligit *Gabrihelem*, quod nomen ita significat.

4) Locus Alcorani celeberrimus, quia refertur, ut multi credunt, ad ridiculum Mohamedis miraculum lunam scindentis. Alii tamen intelligunt sermonem esse de die iudicii extremi, quo luna scindetur. Hac super re multus est Maraccius tum hoc loco, tum in prodromo part. II. cap. 4. p. 16. Hinc certe Mohamedani morem sumpserunt lunam scissam seu dimidiatam ubique in suis emblematibus ostentandi.

τως ἀδιλεσχῶν προέεισιν ἕως ἑξηκοστοῦ μύθου. Ἐν δὲ τῷ ἑξηκοστῷ μύθῳ συγκαλυψάμενος ὥσπερ σκότῳ τῇ τῆς ἀνοίας ἢ ἀναισθησίας τοὺς τῆς ἀθλίας αὐτοῦ ψυχῆς ὀφθαλμοὺς, καὶ κατὰ κρημνὸν ἀῤῥήτου ψεύδους ἑαυτὸν ὠθήσας, οὕτω παρα-

Sur. LXI. 6. λαλεῖ· « καὶ ὅτ' ἂν εἶπεν Ἰησοῦς υἱὸς Μαρίας· » ὦ υἱοὶ Ἰσραὴλ, ἐγὼ ἀπόστολός εἰμι θεοῦ πρὸς » ὑμᾶς, ἀληθοποιῶν τὰ ἔμπροσθέν μου ἐκ τοῦ » νόμου, καὶ εὐαγγελιζόμενος εἰς ἀπόστολον ἐρχό- » μενον μετ' ἐμὲ, ὄνομα αὐτῷ Μωάμετ· καὶ ἅμα » ἤνεγκεν αὐτοῖς τὴν φανέρωσιν· εἶπασιν, αὕτη ἐστὶ » φαρμακία· καὶ τίς ἀδικώτερος τοῦ βλασφημοῦν- » τος ἐπάνω τοῦ θεοῦ ψεῦσμα;» οὐδὲ τὸν συγγρα-

cod. f. 126. ψάμενον τοῦτο τολμήσας, κἂν κατὰ συκοφαντίαν ἐξενεγκάσαι· ἤδει γὰρ ἀμήχανον ὡς ἦν σιωπῇ τὸ μέγα τοῦτο διάγγελμα, εἴ γε καὶ ὅλως πρὸς Χριστὸν ἀναπεφώνητο, παραδοθήσεσθαι· διὸ οὔτε τινὶ τοῦτο ὀνόματι προσαναρτᾷ, οὔτε τόπου, οὔτε χρόνου, οὔτε τινὸς εὐλόγου αἰτίας ἀπομέμνηται, καθ' ἣν ἐλεύσεσθαι τοῦτον ἐνὸν ἦν, διὰ τὸ τούτων, καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων, ἐπὶ πάντων τῶν ἀληθῶς λεγομένων φυλαττομένων τὸ ψεῦδος ἀπείχεσθαι· καὶ ἄλλως τῶν Χριστοῦ ῥητῶν οὐδὲν ὁρῶν παρὰ Χριστιανοῖς ἀποστυγούμενον· ὅθεν ἁπλῶς ἀποφαίνεται, ὅτ' ἂν εἶπεν· ὡσανεὶ παῖδας ἀνοήτους διαπαίζων τοὺς βαρβάρους.

Sur. LXVIII. 1. π'. Ἐν δὲ τῷ ἑξηκοστῷ ἑβδόμῳ μύθῳ, ἐξόμνυται οὕτως· « μὰ τὸν κάλαμον καὶ τὰ γιχίζου- » σιν, οὐκ εἶσε εἰς τὰ ἀγαθὰ αὐτοῦ δαιμονιάρις· » καὶ ἔχει σοι μισθὸς ἄνευ ὀνειδισμοῦ 1)· καὶ εἶ- » σε ἐπάνω πλάσματος μεγάλου. » Ἐν δὲ τῷ ἑξηκοστῷ ὀγδόῳ μύθῳ ἐπιγράφοντι εἰς τὰ ἀκκὰ 2), οὕτως ἄρχεται· « τῷ ἀκκὰ, τί ἐστὶ τὸ ἀκκά; καὶ πόθεν

Sur. LXIX. 1. « οἶδες τί ἐστὶ τὸ ἀκκά; καὶ ἐψευδοπίησε Θα- » μοὺθ καὶ Ἀὰδ εἰς τὴν ὥραν· » Ταῦτα δὲ ἐφυβάρει ἀπατῶν τοὺς βαρβάρους· ὅτι πάντως ἀπόῤῥητά τινα γινώσκει· καὶ ἄνεισι βατταρίζων ἕως

[a] cod. ἑευτέρου. ἑβδομηκοστοῦ τετάρτου [a]. Ἐν δὲ τῷ ἑβδομηκοστῷ

[b] cod. ἑευτερῳ. τετάρτῳ [b] μύθῳ ἐπιγράφοντι εἰς τὴν ἀνάσασιν,

Sur. LXXV. 1. οὕτως ἀπόμνυται· « οὐκ ὀμνύω εἰς τὴν ἡμέραν τῆς » ἀναστάσεως· καὶ οὐκ ὀμνύω εἰς τὴν ψυχὴν τὴν » μεμορφωμένην 3). » Τὸ δὲ ἑβδομηκοστὸν ἔκτον

Sur. LXXVII. 1. μυθάριον ἐπιγέγραπται εἰς τὰς ἀπολυομένας· ἄρχεται δὲ οὕτως· « μὰ τὰς ἀπολυομένας ὀρδίνου, » καὶ καταιγίδων καταιγὶς, καὶ τῶν ἁπλωθέντων

cod. f. 127. » ἅπλωμα· καὶ χωρησάσης χώρημα, καὶ ῥιπτού- » σης μνήμην ἀπολογητικὴν καὶ διαμαρτυρίαν·

ad sexagesimam fabulam. In sexagesima autem fabula operiens quasi tenebris ignorantiae et fatuitatis infelicis animae suae oculos, dat se praecipitem in mendacii inauditi barathrum, atque ita delirat: «et cum dixit Iesus filius Ma- » riae: o filii Israhelis, ego sum Dei legatus ad » vos, ut vera esse confirmem quae ante me in » lege fuerunt, atque ut evangelizem legatum » post me venturum, cui nomen Mohamedi. » Simul ac autem hanc illis revelationem adtu- » lit, dixerunt: hoc est praestigium. Age vero » quid iniquius fieri potest, quam blasphemiam » Deo adscribere » neque huius rei scriptoris nomen saltem proferre? Oportebat enim, siqui dem tantae rei praedictio contineri silentio nequibat, an revera a Christo fuisset pronunciata, exponi. Quamobrem neque cuiquam nominatim hoc effatum tribuit, neque locum, neque tempus, neque probabilem aliquam causam adsignat, quamobrem hunc advenire expediret: quia haec et his similia, immaniter ab iis, quae vere dicuntur, recedunt. Alioquin etiam quum nullum Christi dictum Christianis odiosum cerneret, simpliciter pronunciavit « cum » dixit Iesus » barbaris nempe ceu adhuc sine mente pueris illudens.

80. In sexagesima septima fabula sic iurat. « Per calamum, et ea quae scribuntur, non » es per bonitatem *Dei* daemoniacus; et est » tibi merces sine convicio; atque es in for- » matione magna. » In sexagesima octava fabula, quam inscribit ACCA, ita exorditur. Ac- « ca; quid est acca? et unde cognosces quid » sit acca? et negavit ut falsam horam Tha- » mudus et Aadus Haec nugabatur, barbaros decipiens; quasi ipse sciret ignota quaedam; pergitque usque ad septuagesimam quartam garriens. In septuagesima quarta quae inscribitur RESURRECTIO, sic iurat. « Non iu- » ro per diem resurrectionis, neque per ani- » mam figuratam » Septuagesima sexta fabula quae inscribitur MISSAE, sic incipit. « Per » missas ordinatim, et per procellam pro- » cellarum, et expandentes expansione, et » separantes separatione, et iniicientem me- » moriam apologeticam et protestationem; » quod fuit promissum, eveniet. » Septua-

1) Arabice ممنون *perennis* vel *infinita*, ut certe vult Maraccius.

2) Arabice الحاقة *fatalis*.

3) Ita cod. μεμορφωμένην. Arab. اللوامة. Quod si Maraccii interpretationem mavis sequi, scribes graece μεμφομένην,

gesima octava fabula sic a iureiurando incipit. « Per abstrahentes funem, et auferen- » tes ablatione, per natantem natatione, » per proiicientem proiectione, et per mo- » derantem negotium, quo die fiet terrae » motus concussio. » Octogesima quarta fabula ab huiusmodi iureiurando exorditur. « Per caelum turritum, et diem condictam, » per testificantem et testificatum, aboliti sunt » sodales alachut, quod ignem habebat ad » comburendum. » Octogesima quinta fabula a iureiurando incipit ita. « Per caelum et » altaricum. Et quomodo scies quid sit al- » taricum? Stella terebrans. Namque omni » animae existenti praesidet custos. » Octogesima octava fabula ab hoc iureiurando exorditur. « Per diluculum, et decem noctes, » et per coniunctionem ac separationem, » et per noctem cum intenditur; num est in » his iusiurandum hominibus Oger? »

81. Octogesima nona fabula sic deierando incipit. « Non iuro per hanc regionem, et » tu resides in hac regione; et per generan- » tem, et per ea quae genuit. Etenim hominem » formavimus in fortitudine. » Nonagesima » fabula ab his iuramentis incipit. « Per so- » lem et radios eius: per lunam cum subse- » quitur illum: et per diem cum ei appa- » ret: et per noctem cum ei illucescit: et per » caelum, et qui illud creavit: per terram, » et qui eam fundavit: et per animam, et » qui coaequavit. » Nunc per universam ter- ram iurat. Nonagesima prima fabula ab iure- iurando incipit. « Per noctem cum adest: per » diem quando fit clarior: per eum qui ma- » sculum ac feminam fecit; certe vita vestra est multifaria. » Nonagesima secunda fabula ita pariter a iureiurando incipit. « Per matu- » tinum tempus, et per noctem cum est in- » tempesta, non dereliquit te Dominus ne- » que aversatus est. » Nonagesima tertia fabu- la sic concluditur: « quum autem tibi vaca- » verit, da operam ut Deum exores. » Nona- gesima quarta fabula sic incipit: « Per ficus » et oleas, et Sinai, et regionem securam.

» ὑπισχνύεσθαι γὰρ τὴν ἕλευσιν. » Τὸ ἑβδομηκο- Sur. LXXIX. 1
στὸν ὄγδοον μυθάριον οὕτω ἐξ ὅρκου ἄρχεται· « μὰ
» τὰς ἀναστρωμένας βόλισμα, καὶ ἀφελομένας
» ἀφέλωμα, καὶ κολυμβούσης κόλυμβον, καὶ προ-
» βαλούσης προβάλωμα, καὶ διοικούσης πρᾶγμα
» ᾗ ἡμέρα ἐν ᾗ σείει ὁ σεισμός. » Τὸ ὀγδοηκο- Sur. LXXXV. 1
στὸν τέταρτον μυθάριον ἐκ τοιούτου ἄρχεται ὅρ-
κου· « μὰ τὸν οὐρανὸν τὸν πεπυργωμένον, καὶ τὴν
» ἡμέραν τῆς συνταγῆς· καὶ μαρτυς καὶ μαρτυ-
» ρούμενος· ἐσφράγισαν * εἷ ἑταῖροι τοῦ ἄλα- * ita cod.
» χουθ 1), τὸ πῦρ ἔχειν τὴν καῦσιν. » Τὸ ὀγδοη-
κοστὸν πέμπτον μυθάριον ἐξ ὅρκου ἄρχεται οὕ- Sur. LXXXVI. 1
τως· « μὰ τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν ἀλταρικόν· καὶ τί
» οἶδες τί τὸ ἀλταρικόν 2); ὁ ἀστὴρ ὁ τρυπη-
» τὴς, ὅτι πᾶσα ψυχὴ τῶν ὄντων ἐπάνω αὐτῆς
» φύλαξ. » Τὸ ὀγδοηκοστὸν ὄγδοον μυθάριον ἐξ ὅρ- Sur. LXXXIX. 1
κου ἄρχεται τοιούτου· « μὰ τὸ αὔγος, καὶ αἱ νύ-
» κτες δέκα, καὶ ἡ ζυγὴ, καὶ ἡ ἀπόζυγη, καὶ ἡ
» νὺξ ὅτ' ἂν ἐφασκιοῦται· ἆρα ἔστιν ἐν τούτοις
» ὅρκος τοῖς ὄγερ 3); »

πά. Τὸ ὀγδοηκοστὸν ἔνατον μυθάριον ἐξ ἀπομό- Sur. XC. 1.
σεως τοιαύτης ἄρχεται· « οὐκ ὀμνύω εἰς ταύτην
» τὴν χώραν· καὶ σοῦ ὄντος ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ·
» καὶ γονεὺς καὶ τὰ ἐγέννησε· καὶ γὰρ ἐπλάσαμεν
» τὸν ἄνθρωπον ἐν ἰσχύϊ 4). » Τὸ ἐνενηκοστὸν cod. f. 128.
μυθάριον ἐκ τοιούτων ἄρχεται ὅρκων· « μὰ τὸν ἥλιον Sur. XCI. 1.
» καὶ τὰς ἀκτῖνας αὐτοῦ, καὶ τὴν σελήνην ὅτ' ἂν
» ἀκολουθῇ αὐτῷ· καὶ τὴν ἡμέραν ὅτ' ἂν ἐπιφαίνῃ
» αὐτῷ· καὶ ἡ νὺξ ὅτ' ἂν ἐπιφαύσῃ αὐτῇ· καὶ τὸν
» οὐρανὸν, καὶ τὸ ἔκτισεν αὐτόν· καὶ τὴν γῆν, καὶ
» τὸ ἤδρασεν αὐτήν· καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ ἴσα-
» σεν· » κατὰ πάσης γῆς νῦν ἐξόμνυται. Τὸ ἐνε- Sur. XCII. 1.
νηκοστὸν πρῶτον μυθάριον ἐκ τοιούτου ἄρχεται ὅρ-
κου· « μὰ τὴν νύκτα ὅτ' ἂν παρίσαται· καὶ τὴν
» ἡμέραν ὅτ' ἂν ἐκκαθαίρῃ· καὶ τὸν ποιήσαντα τὸν
» ἄρρενα καὶ τὴν θήλειαν, ὅτι ὁ βίος ὑμῶν ἐστι
» πολλαχῶς. » Τὸ ἐνενηκοστὸν δεύτερον μυθάριον Sur. XCIII. 1.
οὕτως ἐξ ὅρκου ἄρχεται· « μὰ τὴν πρωΐαν καὶ τὴν
» νύκτα ὅτ' ἂν ἠρεμῇ· οὐκ εἴασεν σε ὁ κύριος ὢν
» οὐδὲ ἐξεκάκησε· » Τὸ ἐνενηκοστὸν τρίτον μυθάριον Sur. XCIV. 7.
ἐν τούτοις πληροῖ· « ὅτ' ἂν δὲ εὐκαιρήσῃς, ἀγώνι-
» ζε πρὸς τὸν θεὸν δεήθητι. Τὸ ἐνενηκοστὸν τέ- Sur. XCV. 1.
ταρτόν μυθάριον οὕτως ἄρχεται· « μὰ τὰς συκᾶς
καὶ τὰς ἐλαίας· τὸ Σινὰ καὶ τὴν χώραν τὴν ἄφο-
» βον· καὶ γὰρ ἐπλάσαμεν τὸν ἄνθρωπον εἰς κα-

1) Arabicum vocabulum الاخدود significat *foveam*.

2) Controversia est de vocabuli arabici sensu, utrum nempe sit *phosphorus*, an *noctu veniens*.

3) Non est ausus graecus Nicetas vocabulum hoc arabicum حجر interpretari.

4) Voc. arab. كبد sic non absurde intelligi posse videtur. Sed tamen Maraccius maluit *in aerumna*.

» λὸν ἀνάστημα, καὶ ὑπέστρέψαμεν αὐτὸν κάτω
» τῶν κατωτάτων· » ὡς μέγας ὁ τοῦ δημιουργοῦ
τῶν ἀνθρώπων ὅρκος· τούτου δὲ μείζων τὸ περὶ
οὗ ὄμνυσι κατόρθωμα· « καὶ ὑπεστρέψαμεν αὐτὸν,
cod. f. 129. » φησὶ, κάτω τῶν κατωτάτων· » εἰκότως τοῦ Μωά-
μετ οὗτος ὤφειλεν εἶναι θεός. Τὸ ἐνενηκοστὸν ἕκ-
Sur. XCVII. 1. τον μυθάριον οὕτως ἄρχεται· « ἡμεῖς καὶ ἠνέγκα-
» μεν αὐτὸν εἰς τὴν νύκτα τὴν ὡρισμένην· καὶ τί
» οἶδας τί ἐστιν ἡ νὺξ ἡ ὡρισμένη 1); καλλίων ἐστὶ
» χιλίων μηνῶν· καταφέρουσιν οἱ ἄγγελοι, καὶ τὸ
» πνεῦμα ἐν αὐτῇ ἐπιτροπῇ τοῦ κυρίου αὐτῶν ἐξ
» ἑκάστου πράγματος· εἰρήνη ἐστὶν ἐκείνη, ἕως
Sur. XCVIII. 1. » ἂν ἀνατείλῃ τὸ αὔγος· » Τὸ ἐνενηκοστὸν ἕβδομον
μυθάριον ἐπιγέγραπται εἰς τοὺς ἀρνησαμένους 2)·
καὶ ὅτι κατατείθεν τοὺς ἐντυγχάνοντας τῇ
ἀφιλοσοφραφίᾳ αὐτοῦ ὅτι ἐκ θεοῦ ἐστιν, ἐκ τοῦ
ἐνέγκαι βιβλία ἁγνιζόμενα ὄντα, ἐν αὐτοῖς γρα-
φαὶ ὀρθαί· τὴν δὲ ὀρθότητα αὐτῶν ἀκραταὶ κρι-
Sur. XCIX. 1. νέτωσαν. Τὸ ἐνενηκοστὸν ὄγδοον μυθάριον ἐπι-
γέγραπται μὲν εἰς τὸν σεισμὸν τῆς γῆς, ὅτι
καταβοήσει τῶν ἁμαρτωλῶν· ὡσανεὶ τούτου διὰ
Sur. C. τὰς δυσφημίας ταύτας δεδικαιωμένου. Τὸ ἐνενη-
κοστὸν ἔνατον μυθάριον ἐπιγέγραπται μὲν εἰς
τὰς τρεχούσας· ἄρχεται δὲ ἐξ ὅρκου οὕτως· « μὰ
» τὰς δραμούσας ἐν ὑλακτισμῷ, καὶ τὰς ἐνδεικ-
» νυούσας πυροβόλια, καὶ περιπιπτούσας εἰς
» αὖγος, καὶ ταράξαντες εἰς αὐτὸ ὑδροστάτημα,
» καὶ ἐμέσαντες εἰς αὐτὸ πάντες 3)· ὁ γὰρ ἄν-
» θρωπος τοῦ κυρίου ἀχώριστος 4). »
Sur. CI. πβ'. Τὸ ἑκατοστὸν μυθάριον εἰς τὸ καρὲ ἐπι-
cod. f. 130. γέγραπται· ἄρχεται δὲ οὕτως· « καρέ 5) καὶ τί οἶ-
» δες τί ἐστι καρέ; ἢ ἡμέρα ἐν ᾗ γίνονται οἱ ἄν-
» θρωποι ὡς ψώρα 6) διεσπαρμένη. » Τὸ ἑκατοστὸν
Sur. CIII. 1. δεύτερον μυθάριον εἰς τὸν ἀλέξαρ ἐπιγέγραπται·
ἄρχεται δὲ οὕτως· « μὰ τὸν ἀλέξαρ 7), ὅτι ὁ ἀν-
» θρωπός ἐστιν ἐν εἰλήματι· » Τὸ ἑκατοστὸν τέταρ-
Sur. CV. τον μυθάριον εἰς τοὺς ἑταίρους τοῦ ἐλέφαντος· ἔστι
δὲ μικρὰ καὶ σκιτρὰ μεταισλογία. Τὸ ἑκατοστὸν
ἕβδομον μυθάριον εἰς τὸν καύθαρον 8)· ἄρχεται
Sur. CVIII. » δὲ οὕτως· ἡμεῖς ἐδώκαμέν σοι τὸν καύθαρον
» καὶ εὔξαι πρὸς τὸν κυριόν σου, καὶ σφάξον,
» ὅτι ὁ μισῶν σε αὐτός ἐστιν ὁ διχοτομημένος· »

» Etenim hominem formavimus praeclara cre-
» tione, et mox depressimus eum ad in-
» fima. » Quantum est hoc creatoris homi-
num iusiurandum! Sed et hoc ipso maius
est pro quo iurat facinus, et depressimus eum
inquit ad infima. Merito sane Mohamedis hunc
oportebat esse Deum. Nonagesima sexta fabu-
la sic incipit. « Nos adtulimus eum in nocte
» praefinita. Et unde scies quid sit nox prae-
» finita? Melior est mille mensibus. Descen-
» dunt angeli, et spiritus in ipsa nutu Domini
» ipsorum de omni re. Pax est illa (nox), do-
» nec oriatur aurora. » Nonagesima septima
fabula inscribitur NEGANTES; videturque sua-
dere legentibus inficetam scripturam suam,
quod ea sit a Deo, quoniam adfert libros de-
puratos, quibus continentur rectae scripturae.
Verumtamen de harum rectitudine auditores
iudicent. Nonagesima octava fabula inscribi-
tur TERRAE MOTUS, quia inclamabitur adver-
sus peccatores, sicuti etiam contra Mohame-
dem qui de blasphemiis suis iudicabitur. No-
nagesima nona fabula inscribitur CURRENTES,
incipitque a iureiurando sic. « Per curren-
» tes cum latratu, et excutientes scintillas,
» et instantes invicem usque ad auroram, et
» turbantes stagnum, in quod vomunt om-
» nes. Certe homo a Domino inseparabilis
» est. »

82. Centesima fabula inscribitur CARE. Sic
vero incipit. « Care, et unde scies quid sit
» care? nisi dies in qua fiunt homines sicut
» scabies diffusa. » Centesima secunda fabula
inscribitur ALEXAR, et sic incipit: « Per ale-
» xar; certe homo erit in involucro. » Cente-
sima quarta fabula inscribitur SODALES ELE-
PHANTIS. Est autem exigua et miserabilis scri-
ptiuncula. Centesima septima fabula inscribi-
tur CAUTHARUS, et sic incipit. « Nos dedi-
» mus tibi cautharum. Et ora Dominum tuum:
» et iugula: nam qui te odit, ipse discerpetur. »
Quaeramus autem de cautharo. Centesima de-

1) Nox haec celebris *alkadar* apud Mohamedanos, qua Deus decretum de rebus totius anni edit. Ceteroqui vocabulum illud polysemum est.

2) Sumitur hic titulus a primis Surae verbis.

3) Dissidet graecus textus ab arabico, ut certe nunc se habet.

4) Arab. كفور *ingratus*. Itaque gracce videtur scribendum τῷ κυρίῳ ἀχάριστος (pro ἀχώριστος) *adversus Dominum ingratus*. — 5) *Care* explicatur *pulsatrix* in ed. Maraccii.

6) Maraccius explicat voc. arab. فراش *locustam*. Significat etiam *papilionem*.

7) Intellige *tempus pomeridianum*.

8) Cod. heic et infra κάνθαρον; sed tertio loco recte a 2 m. καυθάρου. Est autem controversa haec vox arabica; vulgo tamen intelligitur *fluvius* aut *piscina*.

cima fabula inscribitur BULAAP, quem utpote iniquum in igne peruri confitetur, uxore eius fornacem incendente. Centesima undecima fabula ita se habet. « Dic: ipsè est Deus unus » ὁλόσφυρος, qui nec genuit nec genitus est, » nec par aliquis ipsi est. » Etiamsi vocabulum ὁλόσφυρος non denotet sphaerae figuram, certe tamen significat densum et solidum, quae corporis est propria qualitas. Centesima duodecima inscribitur CONFUGIAM. Est autem praestigiosa exclamatio; nam ita se habet. « Dic: » confugiam ad Dominum diluculi; a malo » quod ille creavit, a malo stellae iaculantis, » cum intenditur, a malo sputorum in nodos, » a malo invidiae invidentis. » Centesima tertia decima fabula, praestigiosa item exclamatio est. Inscribitur enim aeque CONFUGIAM, atque ita se habet. « Confugiam ad hominum » Dominum, regem hominum, Deum homi- » num, a malo susurrationum daemonum, » qui susurrant in hominum corda: a daemo- » nibus et hominibus. » Atque his dictis, silet demum tota Mohamedis mythologia et fraus, congruum blasphemo initio finem imponens.

83. Age vero ex his omnibus per quae Mohamedis Deus iurat, facile est cognoscere, quinam istius Deus sit: immo vero per hunc intermedium multos esse ipsius deos, absque alio prorsus argumento apparet: tum quia adversus sacram scripturam insaniit, tum quia adversus Dei maiestatem peccavit, tum quia de sanctis blasphemavit. Adde profundam eiusdem inscitiam. Omnino evidenter absque alio quovis argumento creaturarum adorator et superstitiosus convincitur. Temere itaque gloriantur stolidi Saraceni de hoc impostore, quasi veram ipsos Dei notitiam docuerit. Namque praetextus tantummodo causa, Dei unius prae se tendit nomen; latenter vero idololatriam et ethnicismum illis invexit. Idque constat, ut dixi, ex huiusmodi iuramentis eius. Nam quî fieri poterat ut verus Deus per canem velocem iuraret, per nocturnas tenebras,

» ζητήσωμεν δὲ τὰ περὶ τοῦ καυθάρου Τὸ ἑκα-
τοστὸν δέκατον μυθάριον εἰς τὸν Βυλαάπ 1), Sur. CXI
ὃν ἄδικον γεγονότα ἐν πυρὶ καίεσθαι ὁμολογεῖ, τῆς
αὐτοῦ γυναικὸς ὑπεκαιούσης κάμινον. Τὸ ἑκατοστὸν
ἑνδέκατον μυθάριον ἔχει οὕτως· « εἰπὲ, αὐτός ἐστι
» θεὸς εἷς, θεὸς ὁλόσφυρος· οὐκ ἐγέννησεν, οὐ-
» δὲ ἐγεννήθη· οὐδὲ ἐγένετο ὅμοιος αὐτῷ· » εἰ μὴ
τὸ σχῆμα τῆς σφαίρας δηλοῖ τὸ ὁλόσφυρον, ἀλλά
γε τὸ πυκνὸν καὶ πεπιλημένον 2), ὅπερ καὶ αὐτὸ Sur. CXIII.
τοῦ σώματος ἴδιον 3). Τὸ δωδέκατον καὶ ἑκατοστὸν
ἐπιγέγραπται εἰς τὸ φεύξομαι· ἔστι δὲ γοητικὴ ἐπι-
φώνησις· ἔχει γὰρ οὕτως· « εἰπὲ, φεύξομαι εἰς τὸν
» κύριον τοῦ διαφαύσματος, ἐκ κακοῦ τοῦ ἔπλα-
» σε, καὶ ἐκ κακοῦ τῆς ἀστοξίας ὅτ' ἂν ἐκτεί- Sur. CXIV.
» νεται· καὶ ἐκ κακοῦ ἐμπτυσμάτων εἰς τοὺς κόμ-
» βους 4)· καὶ ἐκ κακοῦ φθόνου φθονεῦντος. » cod. f. 131.
Καὶ τὸ ἑκατοστὸν τρισκαιδέκατον μυθάριον, γοητική
ἐστιν ἐπιφώνησις· ἐπιγέγραπται γὰρ εἰς τὸ φεύξο-
μαι 5)· ἔχει δὲ οὕτως· « εἰπὲ φεύξομαι εἰς τὸν κύ-
» ριον τῶν ἀνθρώπων, βασιλέα ἀνθρώπων, ὁ θεὸς
» τῶν ἀνθρώπων· ἐκ κακοῦ ψιθυρισμάτων τῶν δαι-
» μόνων εἰς τὰς καρδίας τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τῶν
» δαιμόνων καὶ ἀνθρώπων. » Καὶ ἐν τούτοις πε-
φίμωται αὐτοῦ ἡ πᾶσα μυθολογία καὶ γοητεία,
πρόσφορον τῇ δυσφήμῳ ἀρχῇ ἐπενεγκαμένη τέλος.

πγ'. Ἐκ δὲ πάντων τῶν παραληφθέντων εἰς ὅρ-
κον τῷ τοῦ Μωάμετ θεῷ, ῥᾴδιον ἔστι συνιδεῖν τίς
ὑπῆρχεν ὁ τούτου θεός· μᾶλλον δὲ διὰ μέσου
τούτου οἱ πολλοὶ αὐτοῦ θεοί· καὶ δίχα παντὸς
ἑτέρου ἐλέγχου ὧν τε εἰς τὴν θείαν γραφὴν παρ-
ώνησεν, ὧν τε κατὰ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ ἠσέ-
βησεν, ὧν τε κατὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἀγγέλων
ἐθυσφήμησε, τῆς τε βαθείας αὐτοῦ ἀγνωσίας,
καὶ ἁπλῶς ὡς ἔφην δίχα τινὸς ἑτέρου ἐλέγχου
ἀριδήλως κτισματολάτρης καὶ δεισιδαίμων ὑπάρ-
χων καταλαμβάνεται· καὶ μάτην μεγαλαυχοῦσιν
οἱ ἀνόητοι Σαρακηνοὶ, ἐπὶ τῷ γόητι τούτῳ ὡς
ἀληθινὴν αὐτοὺς θεογνωσίαν διδάξαντι· τροκα-
λυμμα γὰρ μόνον τὸ τοῦ μόνου θεοῦ περιεβάλετο
ὄνομα· κατὰ δὲ τὸ λεληθὸς κτισματολατρείαν,
καὶ ἑλληνισμὸν αὐτοῖς εἰσηγήσατο· καὶ δῆλον, ὡς
ἔφην, ἐκ τῶν τοιούτων αὐτοῦ ὅρκων· πῶς γὰρ
ἦν δυνατὸν τὸν ἀληθῆ θεὸν ὀμνύντα κατὰ κυνὸς cod. f. 132.
δρομικοῦ, καὶ σκότους νυκτερινοῦ, καὶ τῶν τού-

1) Fuit hic Mohamedis patruus.

2) Heic demum vel proprio studio vel aliena monitione eruditus, verum vocabuli الصمد significatum agnoscit Nicetas, emendatque tacite errorem, quem retro p. 346. scripserat. Grammaticalis ergo illius vocabuli sensus est *densus* vel *solidus*, sed quasi metaphorice etiam *perpetuus*, quatenus dissolvi nequit. Peccaverat insuper Nicetas scribens citato loco ὁλόσφαιρος pro ὁλόσφυρος.

3) Hoc dicit defendens suam reprehensionem (p. 346.) Mohamedis, qui Deum fecisse videbatur materialem.

4) Intellige superstitiosae fascinationis genus. — 5) Etiam hoc et seq. loco codex *φείσομαι*.

του χειρόνων; ἀλλ' ἐπειδὴ φορτικὸς ἦν αὐτοῖς καὶ ἀπαρέδεκτος ἐξ εὐθείας προτρεπόμενος αὐτοὺς λατρεύειν τῇ κτίσει καὶ τοῖς δαίμοσιν, προσιμιάζεται μὲν ἑνὸς Θεοῦ γνῶσιν, ὡς ἂν διὰ τούτου ἐκφύγει τὴν τῆς πολυθεΐας ὑπεψίαν· πάλιν δὲ τούτων οὐκ ἀναίδην καὶ Θεοὺς ἔχειν τὰ κτίσματα ἐκφωνεῖ· ἀλλὰ τὴν προσηγορίαν τοῦ θεοῦ ἀποσιωπᾷ· τὸ δὲ καθῆκον περὶ Θεοῦ σέβας, τὸ κατ' αὐτὸν ὅρκῳ φημὶ προσάπτει αὐτῷ· ὥστε ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει τοῖς τῷ θεῷ τοῦ Μωάμετ λατρεύουσι, διὰ μέσου τούτου τῇ κτίσει καὶ τοῖς δαίμοσι λατρεύειν· τὸν δὲ θεὸν τοῦ Ἀβραὰμ ὀμνῦναι Μωϋσῆς μὲν εἰσάγει, οὐ κατ' ἄλλου δὲ τι-
Gen. XXII. 16. νὸς ὀμνῦναι λέγει, ἀλλὰ καθ' ἑαυτοῦ· κατ' ἐμαυτοῦ γάρ φησιν ὤμοσα· ὥσε ὁ τὸν θεὸν τοῦ Ἀβραὰμ σέβων, οὐχ ἕτερόν τινα Θεὸν διὰ μέσου αὐτοῦ σέβει, ἀλλ' αὐτὸν ἐκεῖνον· οἱ δὲ τῷ τοῦ Μωάμετ λατρεύοντες θεῷ, δι' αὐτοῦ ἐκείνου νύκτας τε καὶ κύνας καὶ συκᾶς καὶ ἐλαίας καὶ πάντα τὰ πρειρημένα μυθεύματα προσκυνοῦσιν· διὸ δὲ τὴν πλάνην κατανοήσαντες, καὶ τὸν δόλον συνιέντες, ἀποστήτωσαν εἰ βούλοιντο τῆς τοῦ ματαίου τούτου παροδηγίας· καὶ μόνῃ τῇ Θείᾳ γραφῇ στοιχήσαντες, παρ' αὐτῆς τὴν τελείαν καὶ μόνην ἀληθῆ
cod. f. 133. θεογνωσίαν διδαχθήτωσαν· πρὸς ἣν τὰ κίβδηλα τούτου μυθάρια συγκρινόμενα, τὴν ὅσον κοπρίαν πρὸς ἔβρυζεν χρυσὸν παραβαλλομένην ἀπόπτωσιν πάσχοντα ἀπελέγχεται.

et per his deteriora? Sed quia molestus fuisset illis Mohamedes et minime credibilis, si rectà eos ad creaturae daemonumque cultum impulisset; initio quidem unius Dei notitiam tradit, ut sic polytheismi suspicionem vitet. Item haud impudenter ut creaturas instar Dei habeant, clamat, sed Dei nomen reticet; nihilominus convenientem Deo honorem, qui per iusiurandum datur, hunc inquam creaturis tamquam Deo dat. Ex quo necessario consequitur, ut qui Mohamedis Deum colunt, hoc intermedio, tum creaturas tum etiam daemones colant. Abrahami sane Deum inducit iurantem Moyses, sed per aliam rem nullam nisi per se ipsum: per memet ipsum iuravi, inquit. Quamobrem qui Deum Abrahami colit, alium Deum intermedio ipso non colit, sed illum ipsum. Mohamedani autem dum Deum colunt, intermedio eodem noctes et canes et ficus et oleas, et praedicta omnia commenta adorant. Igitur errore demum cognito, doloque intellecto, recedant, si certe volunt, ab huius stulti erroneo ducatu: unique divinae scripturae adhaerentes, ab eadem perfectum solumque verum cultum discant; cum qua divina scriptura cassae huius hominis fabulationes comparatae, ceu si stercus cum auro obrizo conferatur, ruinâ diaboli comperientur.

ΙΘ. Ἀπάντησις πρὸς τὸν Μωάμετ ψιλῶς ἐκλαμβάνομενον τὴν λόγος 1) φωνὴν ἐπὶ τοῦ ἐνυποστάτου λόγου υἱοῦ καὶ τοῦ Θεοῦ.

XIX. Contradictio adversus Mohamedem, qui vocabulum VERBUM simplici notione intelligit in enhypostatico Verbo et filio Dei.

πδ'. Ὧν αἱ οὐσίαι ἦτοι αἱ φύσεις διάφοροι, καὶ αὐτὰ πάντως κατ' οὐσίαν διάφορα· ἃ δὲ οὕτως πρὸς ἄλληλα διαφέρει, καὶ τὰς οὐσιώδεις ἰδιότητας τῶν φύσεων διαφόρους καὶ ἀνομοίους ἔχει· ὧν οὖν ἄρα αἱ οὐσίαι ἦτοι αἱ φύσεις διάφοροι, καὶ αἱ οὐσιώδεις αὐτῶν ἰδιότητες τῶν φύσεων διάφοροι καὶ ἀνόμοιοι· εἰ οὖν Θεὸς καὶ ἄγγελος καὶ ἄνθρωπος διαφόρους ἔχει τὰς οὐσίας, καὶ αὐτοὶ διάφοροι ἂν εἶεν πρὸς ἑαυτούς· εἰ δὲ διαφέρουσι πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ αἱ οὐσιώδεις αὐτῶν ἰδιότητες τῶν φύσεων διάφοροι καὶ ἀνόμοιοι τέλεον ἔσονται πρὸς ἑαυτάς· οὐκοῦν ἕτερον Θεοῦ καὶ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων τὸ λογικὸν πρὸς ἄλληλα, οὐ μόνον ὡς πεπτοῦ πρὸς πέπμα, οὐδὲ ὡς ἀΰλου καὶ ἐνύλου, ἀλλ' ὡς

84. Quorum substantiae, id est naturae, diversae sunt, ea ipsa omnino substantialiter diversa sunt: quae autem invicem sic differunt, ea substantiales quoque naturarum proprietates diversas dissimilesque habent. Igitur quorum substantiae, id est naturae, differunt, eorumdem substantiales quoque naturarum proprietates diversae sunt atque dissimiles. Si ergo Deus et angelus et homo diversas habent substantias, ipsi quoque diversi erunt inter se. Quod si hi differunt inter se, substantiales quoque apud eos naturarum proprietates diversae dissimilesque prorsus erunt inter se. Itaque diversa est invicem Dei et angelorum et hominum rationa-

1) Christus *Verbum Dei* vel *ex Deo*, appellatur a Mohamede Sur. III. 45. Recole autem apud nos p. 360. et 361.

lis facultas, non solum tamquam creatoris erga creaturam, et immaterialis erga materiale, sed quatenus in uno est verbum tantummodo internum; in altero etiam enuntiativum; in tertio denique plus quam internum et enuntiativum. Et cum illorum haud substantiale sit verbum, non enim extra illud in quo est procedit, quia naturaliter comparatum est ut verbum in creaturis a subiecto suo non discedat, sed in eo subsideat; Dei tamen substantiale est verbum et insitum, quamquam indivisibile ac inseparabile ab eo unde procedit, et cui inest; quia et increatum est et ingenitum. Male igitur indoctus Mohamedes, quorum diversa substantia est, unam eandemque putavit naturarum esse proprietatem: et hominum verbo quod dilabitur ac dissipatur, simile esse Dei verbum, quod per se subsistit habetque existentiam, adfirmavit.

τοῦ μὲν τὸν ἐνδιάθετον ἔχοντος μόνον λόγον, τοῦ δὲ καὶ τὸν προφορικόν· τοῦ δὲ, ὑπὲρ τὸν ἐνδιάθετον καὶ προφορικόν· καὶ τῶν μὲν ἀνούσιος ὢν ὁ λόγος· οὐ γὰρ ἐκτὸς τοῦ ἐν ᾧ ἐστιν cod. f. 131
ὑφίστασθαι ὁ λόγος τοῖς κτίσμασι πέφυκεν, ἀλλ' ὡς ἐν ὑποκειμένῳ· τοῦ δὲ ἐνουσίου ὄντος λόγου καὶ ἐνυπάρκτου, εἰ καὶ ἀνεκφοίτητος καὶ ἀχώριστος, τοῦ ἐξ οὗ προῆλθεν ἅμα καὶ ἐν ᾧ ἐστιν ὑφισταμένου· ἐπεὶ καὶ ἄκτιστος καὶ ἀγέννητος· κακῶς οὖν ἄρα ὁ ἀμαθὴς Μωάμετ, τῶν κατ' οὐσίαν διαφερόντων, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπέλαβεν οὐσιώδη ἰδιότητα τῶν φύσεων· καὶ τῷ σκεδαστῷ καὶ διαῤῥέοντι τῶν ἀνθρώπων λόγῳ, ταυτὸν εἶναι τῷ τοῦ θεοῦ λόγῳ τῷ καθ' ἑαυτὸ ὑφισταμένῳ, καὶ τὸ εἶναι ἔχοντι, ἀνωμολόγησεν.

XX. Adversus eundem dicentem, Deum malorum aeque ac bonorum esse causam.

K. Πρὸς τὸν αὐτὸν λέγοντα τὸν θεὸν αἴτιον εἶναι τῶν κακῶν ὥσπερ δὴ καὶ τῶν ἀγαθῶν 1).

85. Illorum quae involuntarie operantur, alia per se operantur, alia per accidens. Veluti ignis per se quidem calefacit; per accidens autem, propter contrariam circumstantiam, frigefacit. Item per se quidem illuminat, propter alicuius autem corporis obstructionem, tenebras parit. Similiter in ceteris omnibus, operationis analogiam quis observans, rem ita se habere comperiet. At illa quae voluntarie agunt, frustratione excepta, cuncta per se agunt. Si igitur Deus operans frustrationem non patitur, utique per se operatur. Per se autem operans, bona aeque ac mala secundum Mohamedem operatur. Ergo contraria iuxta eiusdem sententiam operatur: ita ut ex eadem causa, mala aeque ac bona procedant. Atqui ea quae per se ex una causa procedunt, contraria inter se esse non possunt, ne causa, ex qua contraria procedunt, mala simul bonaque esse videatur; quod blasphemum est et inexpiabile; ergo ex Deo mala non sunt: mala autem peccata dico, quae et poenarum causativa sunt. Prave igitur causam peccati Deum esse dixit impius Mohamedes.

πε'. Τῶν ἀθελήτως ἐνεργούντων ἃ μὲν καθ' αὐτὸ ἐνεργεῖ, ἃ δὲ κατὰ συμβεβηκός· οἷον τὸ πῦρ καθ' αὐτὸ μὲν θερμαίνει, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ διὰ τὴν ἀντιπερίστασιν ψύχει· καὶ πάλιν καθ' αὐτὸ μὲν φωτίζει, δι' ἀντιφράσεως δέ τινος σώματος σκότος ποιεῖ· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἀναλόγως τῇ ἐνεργείᾳ τις ἀκολουθῶν, εὑρήσει οὕτως ἔχον· τῶν δὲ θελητῶς ἐνεργούντων πλὴν ἀποτυχίας, πάντα καθ' αὐτὸ ἐνεργεῖ· Εἰ οὖν θεὸς ἐνεργῶν ἀποτυχίας ἄθεκτος, πάντα ἄρα καθ' αὐτὸ ἐνεργεῖ· καθ' αὐτὸ δὲ ἐνεργῶν, τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ κατ' ἐκεῖνον ἐνεργεῖ· τἀναντία ἄρα κατὰ τὸν Μωάμετ ἐνεργεῖ· ὥστε ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ προέρχεται· τὰ δὲ καθ' αὐτὰ ἐκ μιᾶς αἰτίας προερχόμενα, οὐ δύνανται ἐναντία ἀλλήλοις εἶναι, ἵνα μὴ τὸ αἴτιον, ἐξ οὗ τὰ ἐναντία προεισιν, ἅμα κακὸν καὶ ἀγαθὸν δειχθῇ εἶναι· εἰ δὲ τοῦτο βλάσφημον καὶ ἀνίατον, οὐκ ἄρα ἐκ τοῦ θεοῦ τὰ κακά· κακὰ δὲ λέγω τὰ ἁμαρτήματα, ἅπερ εἰσὶ καὶ τῶν τιμωριῶν παραίτια· κακῶς οὖν ἄρα αἴτιον τῆς ἁμαρτίας τὸν θεὸν ὁ ἀσεβὴς ἔφη Μωάμετ. cod. f. 131. b.

1) Sur. II. 7. et saepe alibi. Porro ab hac quoque accusatione conatur Alcoranum defendere Relandus op. cit. part. II cap. 4; quo tamen iure vel quam bene, alii iudicent.

ΚΑ. Πρὸς τὸν αὐτὸν κακῶς λέγοντα κατὰ συζυγίας πάλιν ἐν παραδείσῳ διαιτᾶσθαι 1).

XXI. Adversus eundem prave dicentem, homines in paradiso coniugalem vitam acturos.

cod. f. 135. πς'. Πᾶσα ἡ αἰσθητικὴ φύσις ἐνύλως ἐνεργοῦσα, σκοπὸν ἔχει τοῦ ἐνεργεῖν τοῖς αἰσθητηρίοις κατὰ τὴν τῶν ὑλικῶν πραγμάτων προσπάθειαν· τέλος δὲ, τὴν γέννησιν· ἀλλ' ἐπειδὴ πάσῃ μεταβολῇ ἡ καὶ κινήσει πρόσφορος ἡρεμία, ἡ μεταβολὴ ἢ κίνησις ἐναντία ἐστίν· καὶ τῇ γενέσει ἄρα ἐναντία φθορά· ἐπειδὴ καὶ ἀναβίωσις πρὸς τῇ θείᾳ γραφῇ ἐπαγγέλλεται· οὐ καθ' ὃ νῦν διὰ γεννήσεως εἰς φθορὰν ἄνθρωπος ἔρχεται, οὕτω καὶ ἀπὸ φθορᾶς αὖθις κατὰ τὴν πρώτην ἐπανήξει γέννησιν· ἐπεὶ μη-
cod. f. 136. δὲ μίξεις καὶ συνουσίας καὶ τόκους ἡ φθορὰ εἴδεν· ἢ γὰρ ἂν δεδόσθω ταῦτα ἔχειν, καὶ διαιρείσθω ἡ φθορὰ εἰς ἄρσεν καὶ θῆλυ· ἀλλ' ἀδύνατον· οὐκ ἄρα ὡς ἡ γέννησις πρσάγει τὸν ἄνθρωπον, οὕτω καὶ ἡ φθορὰ διὰ γεννήσεως πολυπλασιάζει αὐτόν· ἐπεὶ ταυτὸν ἔσται γέννησις καὶ φθορὰ, ὅπερ ἀμήχανον· εἰ οὖν κατὰ γέννησιν οὐ πρσέρχεται ἐν τῇ ἀναστάσει ὁ ἄνθρωπος, οὐδὲ ὅσα τῆς γεννήσεώς ἐστιν ἐνεργήσει· ἐπεὶ μηδὲ φθορὰν πάλιν ἐλπίζει· εἰ δὲ ὅσα τῆς γεννήσεώς ἐστιν οὐκ ἐνεργεῖ, τίνος ἕνεκεν ἡ τοῦ ἄῤῥενος καὶ τῆς θηλείας κατὰ συνουσιασμὸν μίξις; τέλους γὰρ μὴ πρκειμένου, ἀποίχεται καὶ σκοπός· εἰ δὲ εὐθεμία χρεία ἄῤῥενος καὶ θηλείας μίξεως μετὰ τὴν ἀνάστασιν, τί εἴποι καὶ τί ποιήσει ὁ καμηλώδης Μωάμετ, εἰς ἄῤῥενας καὶ θελείας διαιρεθέντας τοὺς ἀνθρώπους κατὰ συζυγίας ἐν παραδείσῳ διαιτᾶσθαι κελεύων; εἰ δέ τις πρεβάλλει τὴν ἐκ γῆς τοῦ Ἀδὰμ πλάσιν, καὶ τὸν μετὰ ταῦτα τόκον, ἔστω ὅτι ἐκεῖ μὲν τοῦ μὴ ὄντος, εἰς τὸ εἶναι ἦν πρόοδος, καὶ διὰ τὸ τηρηθῆναι τὸ ἀνθρώπειον γένος διὰ τὴν ἔκπτωσιν· ὧδέ γε μὴν χρεία τοῦ πρώτου εὐδαμῶς, ὅτι καὶ ὑπὲρ τὸ πρῶτον· φθορᾶς γὰρ, καὶ τῶν τῆς φθορᾶς αἰτίων παθῶν ἀπαλλαγή ἐστιν ἡ ἀνάστασις, ἤτοι ἀνάπλασις, ἀλλ' οὐχὶ γέννησις καὶ πάθη γεννησεως, φθορᾶς πρηγούμενα εἰς αὐτὴ ἀναγκαίως ἕψεται.

86. Omnis sensualis natura materialiter operans, scopum habet operationis sensuum suorum, iuxta materialium rerum affectionem; finem vero generationem. Sed quia omni mutationi ac motui congrua est quies; mutatio vel motus, secus; ita generationi contraria est corruptio. Et a divina quidem scriptura promittitur resurrectio; sed non quemadmodum a generatione transit homo ad corruptionem, ita pariter a corruptione ad pristinam revertetur generationem: etenim neque copulas neque concubitus neque partus corruptio novit. Alioqui si haec fieri concederetur, opus foret discernere corruptionem in masculum atque feminam; quod est impossibile. Non itaque ut generatio hominem producit, sic etiam corruptio per generationem eum multiplicat. Alioquin idem esset generatio et corruptio; quod est impossibile. Si ergo haud generatione producetur in resurrectione homo, is ne illa quidem postea operabitur quae sunt propria generationis; nam neque corruptionem denuo expectat. Si ergo quae sunt generationis propria iam non agit, cur iam masculi ac feminae per concubitum mixtio fiat? Nam fine non proposito, rei persecutio desinit. Quod si nullus iam usus erit concubitûs masculi ac feminae post resurrectionem, quid dicit aut quid facit camelarius Mohamedes, dum in masculos ac feminas distinctos homines conditione coniugali vivere in paradiso statuit? Quod si quis obiiciat Adami ex pulvere formationem, et postea generationem, hic sciat tunc fuisse a non existente ad existentiam transitum, atque ut conservaretur post lapsum genus humanum. Nunc autem nulla est necessitas prioris rei, quia praesens status priorem superat: quippe quia corruptionem, et corruptionis causam passiones, resurrectio destruit; quae quidem reformatio est, non tamen generatio, neque generationis passio, quae corruptioni praecunt, et quas ipsa corruptio necessario subsequitur.

1) Sur. II. 25, et saepe alibi, ut dixi p. 349. adn. 1

XXII. Adversus eundem insipienter simul et impie dicentem angelos esse feminas, et cum his concubuisse Noë temporibus homines.

87. Quaecumque ex heterogeneis per generationem invicem conveniunt, vel diversum quid evadunt ab illis unde procedunt; vel partim inde participant, partim dissimilia procedunt; et vel sunt meliora factoribus suis vel deteriora. Si ergo ex copula, ut monstrose dicit Mohamedes, hominum et angelorum geniturae aliquae fierent; res nata vel diversa prorsus a pariente fieret, atque ita nec angelus esset nec homo; id est neque mortalis neque immortalis, neque carnalis neque incorporalis; muli instar, qui neque hinniendi neque rudendi facultatem habet. Sed neque res media esset inter mortalem et immortalem, et inter materialem et immaterialem. Nam gigantes certe et mortui sunt, et materiales homines fuerunt. Non itaque ex viris angelisque generandi causa coëuntibus, genitum quicquam fuisset diversum a gignentibus, quod partim eosdem participaret, partim discreparet. Esto igitur illud discrepans ab homine, quatenus hic est mortalis; congruat autem, quatenus idem est materialis. Esto vice versa discrepans ab angelo, quatenus hic est immortalis; congruat autem, quatenus idem est incorporeus. Atque ita mortale, sit immortale; materiale, sit incorporeum; quod est impossibile. Nam gigantes nihil aliud fuerunt quam materiales mortalesque homines. Non ergo ex virorum et angelorum concubitu quicquam gigni potest; quia, praeter dicta, nihil ex heterogeneis gigni potest. Neque hanc natura rem patitur. Nam si forte concedatur, id quod fieri nequit, viro cum angelo coire, quanam in vulva incorporeus concipiet et vivificabit corpus aliquod? quanam simili congruaque materia augebit concepti molem? quomodo in utero circumferet? quomodo lactabit? quomodo nutritivos humores sugere solito animali suppeditabit exsanguis et immaterialis natura? Ergo angelus ex viro non concipiet. Sed neque fieri potest ut vir ad angeli concubitum veniat: quippe hominum tangibile corpus est, intangibilis angelus. Quod autem sub tactum non cadit,

ΚΒ'. Πρὸς τὸν αὐτὸν ἀμαθῶς ἅμα καὶ ἀσεβῶς λέγοντα θηλείας εἶναι ἀγγέλους, καὶ ταύταις συνελθεῖν τοὺς ἐπὶ Νῶε ἀνθρώπους 1). cod. f. 137.

πζ'. Πάντα τὰ ἐξ ἑτεροειδῶν κατὰ γέννησιν ἀλλήλοις συνίεντα, ἢ ἄλλο τι πάντη παρὰ τὰ ἐξ ὧν προελήλυθει, ἢ πῇ μὲν αὐτῶν μετέχει, πῇ δὲ καὶ διεννοχότα προεισι· καὶ ἢ κρείττω ἐστὶν τῶν προαγόντων, ἢ χείρω· εἰ οὖν ἐκ συνόδου, ὡς τερατεύεται Μωάμετ, ἀνθρώπων καὶ ἀγγέλων προήρχετό τινα γεννήματα, ἢ ἄλλο τι πάντως παρ' ἑκάτερα ἔδει εἶναι· καὶ ἔστω τὸ τικτόμενον ἐξ αὐτῶν οὔτε ἄγγελος οὔτε ἄνθρωπος, τουτέστιν οὔτε θνητόν οὔτε ἀθάνατον, οὔτε σαρκοφόρον οὔτε ἀσώματον, ὥστερ ἡμίονος, οὔτε χρεμετιστικόν ἔστιν, οὔτε ὀγκηθμητικόν· ἀλλ' οὐδὲ μέσον θνητοῦ καὶ ἀθανάτου, οὐδὲ ἐνύλου καὶ ἀΰλου· οἱ γὰρ γίγαντες καὶ ἐτελεύτων, καὶ ἔνυλοι ὑπῆρχον ἄνθρωποι· οὐκ ἄρα κατὰ γέννησιν ἀνδρῶν ἀγγέλοις συνιόντων, ἄλλο τι ἐτίκτετο ἢ ἐστὶ τὰ τικτόμενα, πῇ μὲν τῶν τικτόντων μετέχοντα, πῇ δὲ διαλλάττοντα· διαλλατέτω οὖν κατὰ τὸ θνητὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἢ μετεχέτο κατὰ τὸ ἔνυλον· διαλλαττέτω πάλιν ἀγγέλου κατὰ τὸ ἀθάνατον, καὶ μετεχέτω κατὰ τὸ ἀσώματον· καὶ ἔστω θνητὸν, ἀθάνατον· καὶ ἔνυλον, ἀσώματον· ἀλλὰ ἀδύνατον· ἔνυλοι γὰρ μόνως, καὶ θνητοὶ ἄνθρωποι μόνως ἦσαν οἱ γίγαντες· οὐκ ἄρα ἀνδρῶν ἀγγέλοις συνιόντων, πῇ μὲν τὰ τικτόμενα τούτων μετεῖχε, πῇ δὲ διήλλαττεν· ἀλλὰ δέδεικται, ὅτι οὐδέτερόν τι παρὰ ταύτα· οὐκ ἄρα ἐκ συνόδων ἀνδρῶν καὶ ἀγγέλων δυνατόν τι τεχθῆναι· ὅτι μηδὲ παρὰ τὰ εἰρημένα τεχθῆναί τι δύναται ἐξ ἑτεροειδῶν· ἀλλ' οὐδὲ φύσιν ἔχει τὸ πρᾶγμα· εἰ γὰρ καὶ δοθῇ, ὅπερ ἀμήχανον, ἀνδρὶ συγγενέσθαι ἀγγέλῳ, ἐν ποίᾳ μήτρᾳ συνέξει καὶ ζωώσει τὸ ἀσώματον τὸ σῶμα; ποίᾳ δὲ ὁμοίᾳ καὶ καταλλήλῳ ὕλῃ αὐξήσει τὸν ὄγκον; πῶς δὲ καὶ ἐγγαστρίως περιάξει; πῶς δὲ καὶ γαλουχήσει, τὸ χυμοὺς θρεπτικοὺς εἰωθὸς ἐπισπᾶσθαι ζῷον ἡ ἄναιμος καὶ ἄϋλος φύσις; οὐκ ἄρα συλλήψεται ἄγγελος ἐξ ἀνδρός· ἀλλ' οὐδὲ δυνατὸν ἀνδρὶ ἀγγέλῳ πρὸς συνουσίαν ἐλθεῖν· ἁπτὸν μὲν γὰρ τὸ τῶν ἀνθρώπων σῶμα, ἀναφὴς δὲ ὁ ἄγγελος· ᾧ δὲ ἀφῇ οὐχ ὑποπίπτει, οὐδὲ μετέχεται παρ' αὐτοῦ· εἰ δὲ μετέ- cod. f. 138.

1) Negat hunc esse Mohamedanorum errorem Relandus op. cit. lib. II. 13, contenditque locum ex Sura XXXVII. 150. contrarium potius significare. Recole p. 382. cum adn. Iam quae Euthymius in panoplia dicit, ea ex nostro Niceta haurit.

χεσθαι παρ' αὐτοῦ οὐ δύναται ἄγγελος, οὐδὲ κατὰ συνουσίαν ἀνδρὶ συνεισέρχεται· κακῶς οὖν ἄρα καὶ ἀσεβῶς Μωάμετ θηλείας τερατεύεται ἀγγέλους, καὶ ταύταις ἀνθρώπους συνελθεῖν βλασφημεῖ.

ΚΓ. Πρὸς τὸν αὐτὸν λέγοντα μηδὲν ἰσχύειν τὴν πρεσβείαν τῶν ἐν οὐρανοῖς ἁγίων ἀγγέλων.

Sur. XXI. 28.

πή. Εἰ μὲν αὐτὸς οὐχ ὡμολόγει πρεσβείαν ἀγγέλων, ἐζητεῖτο ἂν εἰ ἄρα ἐστὶν αὐτῷ δοξαστόν· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο δίδωσι μὲν, ἀνώνητον δὲ αὐτὴν ἀποφαίνεται, ζητείσθω λοιπὸν τίς ἡ αἰτία τῆς ἀποτυχίας αὐτῆς· εἰ ἄρα καὶ ἔσται, ἤτοι μὲν γὰρ ἀμείλικτός ἐστιν ὁ Θεὸς ἐπὶ πάσῃ αἰτήσει, ἢ ἄγγελοι ἀνοικείως αἰτοῦσιν· ἐπεὶ δὲ τὸ πρῶτον οὐδὲ αὐτὸς ἀποδέχεται, δῆλον ἐκ τοῦ παραινεῖν εὔχεσθαι· λείπεται ἄρα τοῖς ἀγγέλοις εἶεσθαι κακῶς αἰτοῦσιν μὴ ἀκούεσθαι· τὸ δὲ κακῶς αἰτεῖσθαι, ταυτὸν τὸ κακῶς θέλειν ἐστίν· ὥστε κατὰ ταυτὸν κακοθελεῖς ἁ ἄγγελοι· κακοθελὴς δέ ἐστι τις ἢ ἐξ ἀγνοίας, ἢ ἐκ μοχθηρίας· πῶς δέ τις ὅλως οἰηθῇ τῶν εὐφρονούντων ἐν ἀγνοίᾳ εἶναι τοῦ ἀγαθοῦ τοὺς παρεστῶτας τῇ αὐτοσοφίᾳ; πῶς δὲ καὶ μοχθηροὺς τοὺς τὸ ἀγαθὸν ἀενάως ἐμπιπλωμένους; εἰ δὲ ταῦτα ἀδύνατα, ψεύδεται ἄρα Μωάμετ, μᾶλλον δὲ βλασφημεῖ, ἀνωφελεῖς τὰς τῶν ἁγίων ἀγγέλων πρεσβείας ἀποφαινόμενος.

cod. f. 139.

XXIII. Adversus eumdem dicentem nihil valere sanctorum, qui in caelo sunt, angelorum intercessionem.

88. Nisi Mohamedes confessus fuisset angelorum intercessionem, quaerendum foret num ipse eam fieri posse existimaret. Sed quia hanc concedit, sed inutilem adfirmat; quaerendum superest, quaenam huius frustrationis causa sit. Nam si haec quidem talis est, id fit vel quia Deus implacabilis est prece qualibet; vel quia angeli improprie postulant. Nunc quia prius illud ne Mohamedem quidem admittere constat ex eius ad preces adhortationibus, superest ut putemus, angelos, propterea quod male petunt, non exaudiri. Atqui male petere, idem est ac male velle: sunt ergo angeli malivoli. Malivolus autem aliquis est, vel ex inscitia, vel ex improbitate. Verumtamen quis cordatus existimet, in ignorantia boni versari illos qui ipsi innatae sapientiae adstant? quomodo item malos eos iudicabit, qui summo bono iugiter saturantur? Quod si haec impossibilia sunt, mentitur sine dubio Mohamedes; immo vero blasphemat, inutiles dicens sanctorum angelorum intercessiones.

ΚΔ. Πρὸς τὸν αὐτὸν λέγοντα· ὁ Θεὸς ὁλόσφυρός 1) ἐστιν· οὐκ ἐγέννησεν, οὐκ ἐγεννήθη.

XXIV. Adversus eundem dicentem, Deum solidum esse; et neque genuisse, neque genitum esse.

πθ. Ὁ πάντα παραγαγὼν ἐξ οὐκ ὄντων, κρείττων ἀπειράκις τῶν πραχθέντων ἐκ παντὸς ἂν εἴη κατὰ πάντα, οὐσίᾳ, δυνάμει, θελήσει, ἀϊδιότητι, καὶ ἐνεργείᾳ· εἰ γὰρ μὴ, οὐδὲ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὰ παράγει· εἰ δὲ μὴ παράγῃ, τῆς αὐτῆς τοῦ ἀϊδίου καὶ ἀνάρχου εὐκλείας, τὰ πάντα τυγχάνει· οὐκοῦν καὶ ἰσοσθενῆ, καὶ συνεπεκτείνετο ἂν τῷ ἀνάρχῳ· εἰ δὲ ἰσοσθενεῖ, ἔσται καὶ ὁ ἄναρχος ταυτὸς τοῖς πᾶσιν· ἀλλὰ μὴν ὁρῶμεν οὐχ ὡς πάντα τὰ πάντα, ἀλλ' ὡς ἓν τὰ πάντα ἀγόμενα·

cod. f. 140.

89. Qui omnia produxit ex nihilo, rebus a se factis prorsus et infinite debet per omnia esse melior, viribus, voluntate, perpetuitate, efficacia. Quod si ita non est, ne produxit quidem illas ex nihilo. Quod si non produxit, eâdem ac ille sempiternitate et sine principio gloria cunctae res sunt praeditae: ergo etiam viribus pares sunt, et illum qui sine initio est exaequant. Quod si pares habent vires, is quidem qui absque initio est, idem est quod res ceterae omnes. Atqui videmus haud

1) Cod. ὁλόσφαιρος heic et infra. Attamen constat scribendum fuisse ὁλόσφυρος. Iam vero et superius p. 389, et hoc etiam loco, palinodiam canit auctor illorum quae perperam scripserat p. 346. de arabici vocabuli significatu.

haud omnia quatenus omnia, sed tamquam unum omnia moveri; etsi quaedam inter omnia, meliora videntur, quaedam vero deteriora. Sed nihil eorum immutabile est vel immobile: adeo ut si omnia alternant, nec quatenus omnia sunt, moventur, sed tamquam unum, non sunt omnia paria ei qui sine initio est: quod si imparia viribus, ne coaeterna quidem sunt: quod si non coaeterna sunt, et tamen existunt, sequitur ut ab eo qui sine initio est producta fuerint. Quod si hic omnia producit, omnino infiniteque rebus a se productis melior erit, viribus, perpetuitate, voluntate, atque efficacia. Quoniam vero tria sunt creatae substantiae genera, corporeum, incorporeum, et ex utroque mixtum; et quoniam corporis quidem demonstrativa sunt, triplex extensio, et densitas, ac raritas; incorporei autem, ut neque ubique sit, neque super omnia et quamquam sit incorporeum, nihilominus idem sit circumscriptum. De creatoris autem substantia quid statuemus? Immo vero, si illae res substantia sunt et dicuntur, uti demonstratum est, quid erit, aut quid appellabitur ipse creator? nullam enim reperiemus definitionem. Ut autem supra illas extollatur, appellabimus eum supersubstantialem. Si ergo supersubstantialis est creator, procul eo erit raritas et densitas, et triplex dimensio, peritque Mohamedis solidum, cuiuscemodi eum appellavit timens, ne fieret vacuitas propter filii et Verbi productionem. Similiter dicendum est de attributis potentiae, motus, et efficaciae, nempe credendus est superior omni potentiae, motui, et efficaciae. Quae si ita se habent, ne expavescat Mohamedes dum connaturalem et coaeternum patri Verbum audit esse factorem omnis creaturae ac instauratorem, et filium utpote ex generantis mente progressum. Etenim sine separatione processit, manetque in se ipso non secundum relationem, non secundum coniunctionem, neque secundum memoriam, sed modo his omnibus sublimiore: est enim supersubstantialis, quia est ex supersubstantiali et supersubstantialiter.

90. Ne itaque ulterius dicat: si non est genitus, ne genuit quidem. Ecce enim cernimus, quod sicuti non est genitus, ita ne creatus quidem: haec enim duo necessario habet, qui sine initio est. Atqui plane cernimus, quod etsi non fuit creatus, tamen creavit. Si ergo unum

καί τι ἃ μὲν ἐν τοῖς πᾶσι κρείττω δοκεῖ εἶναι, ἃ δὲ χείρω· ἀλλ' οὐδὲν αὐτῶν ἀναλλοίωτον καὶ ἀμετακίνητον· ὥστε εἰ τὰ πάντα ἀμείβει, καὶ οὐχ ὡς πάντα ἄγεται, ἀλλ' ὡς ἕν, οὐκ ἰσοσθενῆ τὰ πάντα τῷ ἀνάρχῳ· εἰ δὲ μὴ ἰσοσθενῆ, οὐδὲ συναΐδια· εἰ δὲ μὴ συναΐδια, ὄντα δὲ, παρὰ τοῦ ἀνάρχου δηλονότι πρηνέχθη· εἰ δὲ αὐτὸς πάντα παράγει, κρείττων ἄρα ἀπειράκις τῶν παραχθέντων ἐκ παντὸς ἂν εἴη κατὰ πάντα, οὐσίᾳ, δυνάμει, ἰδιότητι, θελήσει, καὶ ἐνεργείᾳ· ἐπειδὴ δὲ τρία εἴδη γένη τῆς οὐσίας, σῶμά τε καὶ ἀσώματον καὶ τὸ ἐκ τούτων μικτόν· γνωριστικὰ δὲ, σώματος μὲν, τὸ τριχῇ διαστατόν, τὸ πυκνὸν, καὶ τὸ μανόν· ἀσωμάτου δὲ, τὸ μὴ παντα-χοῦ παρεῖναι, καὶ μὴ ὑπὲρ τὸ πᾶν, εἰ καὶ ἀσώματον, ἀλλὰ περιγραπτὸν καὶ αὐτὸ πάντως ὄν· ἐπὶ δὲ τῆς δημιουργοῦ οὐσίας, τί δώσωμεν; μᾶλλον δὲ πρὸς τοῦτο, εἰ ταῦτα οὐσία λέγονται τε καὶ εἰσὶ, τὸ ταῦτα πεποιηκὸς, ὡς δέδεικται, τί ἔσται, καὶ τί αὐτὸ ὀνομάσομεν; οὐδὲν μὲν γὰρ ἔξομεν ὁριστικῶς· ἐξ ὑπερθέσεως δὲ τούτων προσαγορεύσωμεν ὑπερούσιον· εἰ οὖν ὑπερούσιος ὁ δημιουργὸς, μακρὰν αὐτοῦ ἀποβήσεται τὸ μανὸν καὶ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ τριχῇ διαστατόν· καὶ ἀπόλωλε Μωάμετ τὸ ὁλόσφυρον, πεφοβημένος τὴν κένωσιν διὰ τὴν πρόσθεσιν τοῦ υἱοῦ καὶ λόγου· τοῦτο δὴ καὶ ἐπὶ δυνάμεως καὶ κινήσεως καὶ ἐνεργείας· τὸ ὑπὲρ κίνησιν, ὑπὲρ δύναμιν, καὶ ὑπὲρ ἐνέργειαν ἀνάγκη δοξάζειν· εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, μὴ φοβηθῇ Μωάμετ τὸν συμφυῆ καὶ συναΐδιον τοῦ πατρὸς λόγον, ἀκούων δημιουργὸν ὄντα πάσης κτίσεως, καὶ ἀνακαινιστὴν, καὶ υἱὸν ὡς ἐκ γεννήτορος τοῦ νοῦ προελθόντα· ἀνεκφοιτήτως γὰρ προελήλυθε, καὶ μένει ἐν ἑαυτῷ 1) οὐ κατὰ σχέσιν οὐ κατὰ συνάφειαν, οὐ κατὰ μνήμην, ἀλλ' ὑπὲρ ταῦτα· ὑπερούσιος γὰρ, ὅτι ἐξ ὑπερουσίου καὶ ὑπερουσίως. cod. f. 141.

ψ'. Μὴ οὖν λεγέτω, εἰ οὐκ ἐγεννήθη, οὐδὲ ἐγέννησεν· ἰδοὺ γὰρ ὁρῶμεν ὅτι ὥσπερ οὐκ ἐγεννήθη, οὐδὲ ἐδημιουργήθη· δύο γὰρ ταῦτα ἀναγκαίως ὁ ἄναρχος ἔχει· ἀλλὰ μὴν ὁρῶμεν ὅτι εἰ καὶ μὴ ἐδημιουργήθη, ἀλλ' ἐδημιούργησεν· εἰ οὖν τὸ ἓν δίδωσιν ἐκεῖνος ἐνηργηκέναι, καὶ τοῦτο αὐτῷ δό-

1) Ita cod. Sed si scribas αὐτῷ, intelligasque patrem, dices latine *manetque in ipso*, id est in patre.

ξα, τοῦ ἑτέρου τίνος ἕνεκεν ἐστέρηται; καί τι γε οὐ τοσαύτη αὐτῷ ἡ ἐκ τῆς κτίσεως προσαγομένη δόξα, ὅση ἡ διὰ τὸν υἱόν· πολλῷ γὰρ πλεῖον ὅσον καὶ ἡ τούτου τῆς ἐκείνων οὐσίας ὑπέρκειται· ὥστε κρείττων κατὰ τοῦτο
rod. f. 112. καὶ μᾶλλον ἦν αὐτὸν λέγειν, εἴ γε συνῆκεν, ὅτι ἐπεὶ οὐκ ἐγεννήθη, διὰ τοῦτο μᾶλλον ἐγέννησεν· ὥσπερ καὶ μὴ δημιουργηθείς, ἐδημιούργησε· καὶ τούτου ἀπόδειξις ὅτι ὁ Χριστὸς υἱὸς καὶ λόγος ὁμοούσιός τε τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, ἡ αὐτοῦ ἐκείνου παρουσία· τῆς γὰρ παρουσίας αὐτοῦ μετὰ πολλὰς προφητείας καὶ τοῦτο ἀναμφίλεκτον σημεῖον, ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον τῶν ἀνθρώπων μετάθεσις, οὐ μόνον βαρβάρων καὶ ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν τὸν παλαιὸν νόμον· πρὸς μὲν τὸν νόμον, τοσοῦτον τὸ μέσον τῆς χάριτος, ὅση πρὸς παιδίον ὑπεροχὴ πρεσβύτου· πρὸς δὲ τὰ λοιπὰ ἔθνη, ὅσον ὁ φύσει ἄνθρωπος τοῦ φύσει ἀλόγου· ἔδει γὰρ καὶ φύσεως καὶ λόγου ψιλοῦ ἀνώτερα παιδεῦσαι καὶ συμπράξαι, ὡς αὐτὸν ἐκεῖνον ἐλθόντα τὸν θεῖον λόγον· καὶ πρὸς τούτοις σημεῖον ἕτερον, τὸ τὴν θείαν καὶ νομικὴν λατρείαν καὶ ἱερωσύνην, καὶ τὸ τῆς βασιλείας χρίσμα μεταθεῖναι ἐπὶ τὴν χάριν· οὐ μικρὸν γὰρ τοῦτο πρὸς δείξεως ἐνέχυρον, τοῦ κληρονόμειν τῶν τοῦ πατρὸς κτισμάτων τὸν υἱόν· εἰ δὲ μικρὰ αὐτῷ νῦν ταῦτα φαίνεται, ἀπείθειαν καὶ βαρβαρικὴν σὺν θρασύτητι ἀμάθειαν νοσοῦντι, τότε καὶ μὴ βουλόμενος μεγάλα ταῦτα ἀνομολογήσειεν· ὅτε καὶ τὸ ῥῆμα τοῦ πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφή-
rod. f. 113. του προλελεγμένον, πληρούμενον ὄψεται· « ὅτι
* Is. LX. 7. » καὶ κριοὶ Ναβεὼθ ἥξουσί σοι *· » ὡς νῦν θλιβόμενοι οὐκ ἀνεχομένων αὐτῷ ὑπεῖξαι· εἴ γε
* Gen. XXV. 13. Ναβεὼθ πρωτότοκος Ἰσραὴλ ἑρμηνεύεται *· εἰ μὲν γὰρ μηδὲν πώποτε ἦλθεν εἰς πέρας τῶν Ἡσαΐου ῥημάτων, οὐδὲ τοῦτο ἐλεύσεται· εἰ δὲ τὰ λοιπὰ, καὶ τοῦτο· καὶ τότε τὸ καθ' ἡμῶν αὐτῷ δυσφημούμενον παραλόγως, εὐλόγως κατ' αὐτοῦ ἐπακούσεται, ὅτι οὐχ ὁδηγεῖ ὁ Θεὸς τὸν
Sur. II. 259. 265. λαὸν τὸν πλανώμενον.

ΚΕ'. Ἀπόδειξις ὅτι ἀπηλλοτριωμένος καὶ ξένος τῆς τοῦ θεοῦ διαθήκης ὁ ἰσμαηλίτης λαὸς, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ θεοῦ μαρτυρίαν· καὶ ὅτι ἣν λέγουσιν ἐξ οὐρανοῦ εἰληφέναι βίβλον, τοῦ πρατηγοῦντος αὐτοῖς ἐστι δαίμονος καὶ διαβόλου.

ϟά. Τοῦ θεοῦ τὸν τῆς περιτομῆς τὸν Ἀβραὰμ μυοῦντος νόμον, καὶ παῖδα αὐτῷ ἐκ τῆς ἐλευ-

concedit Mohamedes ab eo peractum, atque hoc tenet (creationis) dogma, cur altero attributo Deum spoliat? Et quidem non tantam habet a creatione gloriam, quantam a filio; multo enim magis excellit filii substantia quam creaturarum. Quapropter si recte saperet, potius ab eo dici oportebat: quoniam Deus non est genitus, idcirco magis genuit; sicut, quoniam non est creatus, creavit. Quod autem Christus, filius Verbumque, consubstantialis Deo patri sit, id eiusdem adventus demonstravit. Etenim adventûs eius post multa vaticinia, hoc quoque indubium indicium est, nempe hominum ad meliorem frugem conversio, neque barbarorum tantummodo verum etiam graecorum, nec non illorum qui sub vetere lege vivebant. Et quidem Christi gratia comparata cum lege, perinde est ac proceritas maturi viri ad aetatem puerilem: cum ceteris autem ethnicis collata, perinde est ac natura hominis, ad naturam animantis irrationalis. Oportebat enim et natura et simplici orationis vi excelsiora docere et facere, prout reapse fecit illud cum venit Dei Verbum: praetereaque signum alterum exhibere, id est divinum legalemque cultum ac sacerdotium, nec non regale chrisma, transferre ad gratiam. Non enim haec levis demonstratio est, quod patris creaturarum heres sit filius. Quod si haec Mohamedi exigua videntur, qui incredulitate et barbarica cum feroci animo inscitia laborat; tunc velit nolit magna haec esse confitebitur, cum patris dictum ad filium, ore Isaiae prophetae prolatum, completum cernet: « quoniam et arietes Nabeoth ad te venient » ceu qui nimirum nunc ei obedire non sustinent; siquidem Nabeoth primogenitus Ismahelis intelligitur. Iam si nihil vaticiniorum Isaiae umquam exitum habuit, ne hoc quidem complebitur: sin cetera, hoc perinde eveniet. Tunc demum, quod nunc iste de nobis absurde blasphemat, recte contra se ipsum dici audiet: quod nempe Deus non dirigit populum errantem.

XXV. Demonstratio quod alienus extraneusque sit a Dei foedere populus ismaheliticus, secundum Dei ipsius testimonium. Et quod quem dicunt de caelo accepisse librum, is a duce ipsorum daemone ac diabolo sit.

91. Cum Deus Abrahamum circumcisionis legi initiavit, filiumque ei ex Sarra libera

Isaacum promisit, miraculum Abrahamo id visum est et stupore plenum, quod anno suo centesimo, Sarrae autem nonagesimo, filium susciperet; itaque etiam prae hilaritate risit. Ante tamen illum promissionibus nunciatum Isaacum, pro Ismahele, qui iam natus ei erat, oravisse Abrahamum atque ita dixisse scimus: utinam Ismahel hic vivat coram te! Ait autem Abrahamo Deus: utique, en Sarra uxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen eius Isaacum, statuamque foedus meum cum Isaaco, quem tibi Sarra circa hoc ipsum tempus pariet altero anno. O quam accurate haec verba vigilanterque prolata fuerunt! En, inquit, Sarra uxor tua. Atqui Sarra eatenus sterilis fuerat, ita ut oporteret Agarem potius appellari uxorem eius, quae iam Ismahelem pepererat. Sed enim carnis filii, non sunt Abrahami filii: neque caro simpliciter est Abrahami uxor. En, inquit, Sarra uxor tua. Si Sarra uxor tua est, non est tua uxor Agar. Praeclare item dictum: pariet tibi, pro, similem tibi. Vocabisque nomen eius Isaacum: ergo divino nutu nomen puero impositum. Statuamque foedus meum cum ipso. Hoc est familiaritatis cum Deo signum. Addidit etiam se futurum illi Deum, eiusque post ipsum semini. Quippe separatis nec dignis habitis Dei foedere, et illa eius cum Isaaco familiaritate, ac cultu, Ismahelitis. Addidit enim: de Ismahele autem. Quid est hoc? num hic alterius viri semen est, et non potius famuli tui Abrahami?

92. De Ismahele, autem. Alterius hoc propositionis initium est, a superioris contextus continuatione distinctum. Contextus autem, foederis vinculum utique conservasset, nisi alterum initium seiunctum fuisset. Sed quid demum de Ismahele ais? Quod adtinet ad Ismahelem, inquit, ecce et huic benedixi, augeboque illum quam maxime. Ceteroquin huiusmodi benedictione volucribus quoque caeli et maris piscibus benedixisti: neque haec hominibus satis digna benedictio est. Duodecim populos gignet. Sed quid hoc demum est, si divina benivolentia alienus erit? Immo ne multitudinis quidem incrementum habuisset, nisi Abrahamus pro illo orasset. Ecce enim, inquit Deus, exaudivi te. Ceteroqui Chamo multo minor fuit Ismahel. Cui bono autem multitudo, siquidem haud commoda evadet?

θέρας Σάῤῥας τὸν Ἰσαὰκ ὑπισχνουμένου, εἰς θαύματός τε καὶ ἐκπλήξεως λόγον ἔδοξε τῷ Ἀβραὰμ ἡ ἐν τῇ ἑκατονταετίᾳ τῆς αὐτοῦ ζωῆς, καὶ τῇ ἐνενηκοσταετίᾳ τῆς Σάῤῥας, παιδοποιΐα, ὡς καὶ γελάσαι αὐτὸν ἐκ τῆς περιχαρίας *· πρὸ δὲ τοῦ ἐν ἐπαγγελίαις κειμένου Ἰσαὰκ, περὶ τοῦ ἐν χερσὶ τέως καθεστῶτος Ἰσμαὴλ αἰτῆσαι καὶ οὕτως φᾶναι· Ἰσμαὴλ οὗτος ζήτω ἐναντίον σου· εἶπε δὲ ὁ θεὸς πρὸς Ἀβραάμ· ναὶ, ἰδοὺ Σάῤῥα ἡ γυνή σου cod. f. 144. τέξεταί σοι υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰσαάκ· καὶ στήσω τὴν διαθήκην μου πρὸς Ἰσαὰκ, ὃν τέξεταί σοι Σάῤῥα εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον, ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τῷ ἑτέρῳ· ὡς λίαν δὲ καὶ αὐτὰ τὰ θεῖα ῥητὰ ἀκριβείας ἁπάσης ὑπερβολὴν παρελούνει· ἰδοὺ, φησὶ, Σάῤῥα ἡ γυνή σου· καί τοι ἅπαις τέως ἐτύγχανεν ἡ Σάῤῥα· ἔδει δὲ μᾶλλον τὴν Ἄγαρ αὐτοῦ καλεῖσθαι γυναῖκα τεξαμένην αὐτῷ τὸν Ἰσμαήλ· ἀλλ' οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, ταῦτα τέκνα τοῦ Ἀβραάμ· οὐδ' ἡ ἁπλῶς σὰρξ, αὕτη γυνὴ τοῦ Ἀβραάμ· ἰδοὺ φησὶ, Σάῤῥα ἡ γυνή σου· εἰ ἡ Σάῤῥα γυνή σου, οὐ γυνή σου ἡ Ἄγαρ· καλῶς δὲ καὶ τέξεταί σοι, ἀντὶ τοῦ ὅμοιον σοι· καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰσαάκ· θεόκλητος ἄρα ὁ παῖς· καὶ στήσω τὴν διαθήκην μου πρὸς αὐτόν· τοῦτο τῆς εἰς θεὸν οἰκειώσεως σημεῖον· ἐπήγαγε γὰρ εἶναι αὐτοῦ θεὸς, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτόν· ὡς ἀντιδιῃρημένων καὶ μὴ καταξιουμένων τῆς πρὸς αὐτοὺς τοῦ θεοῦ διαθήκης, οἰκειώσεώς τε καὶ λατρείας τῶν Ἰσμαηλιτῶν· ἐπήγαγε γὰρ « περὶ δὲ Ἰσμαήλ· » τί τοῦτο; ἑτέρου οὗτός ἐστιν ἀνδρὸς σπέρμα, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ σοῦ Θεράποντος Ἀβραάμ;

ψβ'. Περὶ δὲ Ἰσμαήλ· ἄλλης ὑποθέσεως ἀρχὴ διῃρημένη τῆς κατὰ τὴν πρώτην ἀκολουθίαν cod. f. 145. συνεχείας· ἡ δὲ ἀκολουθία τὴν ἐκ τῆς διαθήκης οἰκειότητα ἀπέσωσεν ἄν, εἰ μὴ διεκόπη ἑτέρα ἀρχή· τί δὲ φῆς ὅλως περὶ Ἰσμαήλ; περὶ δὲ Ἰσμαὴλ φησὶν ἰδοὺ εὐλόγηκα αὐτὸν, καὶ αὐξανῶ αὐτὸν σφόδρα σφόδρα· ἀλλὰ ταύτην τὴν εὐλογίαν, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης εὐλόγησας· οὕπω δὲ αὕτη ἰδίως ἀνθρώπων ἀξία ἡ εὐλογία· δώδεκα ἔθνη γεννήσει· καὶ τί τοῦτο, ὅτ' ἂν τῆς θείας εὐμενείας ἀλλότριος τυγχάνῃ; ὥστε οὐδ' ἂν τὴν εἰς πλῆθος αὔξησιν ἔσχεν, εἰ μὴ Ἀβραὰμ ᾐτήσατο· ἰδοὺ γάρ φησιν ἐπήκουσά σου· ἄλλως τε τοῦ Χὰμ πολὺ ἐλάττων καθέστηκεν Ἰσμαήλ· τί δὲ εἰς μάτην καὶ τὸ πλῆθος, ὅτ' ἂν ἄχρηστον ᾖ; εἰκότως γὰρ ἂν ἀκούῃ παρὰ τοῦ Ἡσαΐου *· ἐγεννήθητέ μοι εἰς πλησμονήν· * Is. I. 11. ὦ τῆς τοῦ θεοῦ προγνώσεως· ὅτι καὶ τοῦ Ἀβραὰμ

* Gen. XVII. 17. seq.

θεὸν λιτανεύοντος ὑπὲρ τοῦ Ἰσμαὴλ, τὴν εἰς πλῆθος αὔξησιν καὶ μόνον κομίζεται· τῆς δὲ διαθήκης τοῦ θεοῦ ξένος καὶ ἀλλότριος ὑπ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ ἀποδιαστέλλεται, ὡς Ἰσαὰκ μόνον ὄντος ἀξίου ταύτην κληρονομεῖν, διὰ τὸν ἐξ αὐτοῦ μέλλοντα προέρχεσθαι εὐλογημένον Χριστὸν καὶ θεόν· καὶ τοῦτο δὲ θαυμάσαι ἐστὶν ὅτι περὶ μὲν
[1] Ps. XXI. 28. πάντων τῶν ἐθνῶν εἴρηται τῇ προφητείᾳ [1], ὡς
cod. f. 146. μνησθήσονται καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς· τούτους δὲ ἀμετόχους τῆς αὐτοῦ διαθήκης αὐτὸς ὁ θεὸς ἔκρινεν, πάντως διὰ τὸ τὸν ἀντικείμενον λεγόμενον δαίμονα θεραπεύειν.

ψγ'. Εἰ οὖν αὐτὸς ὁ θεὸς ἀμεθέκτους αὐτοὺς τῆς αὐτοῦ διαθήκης ἐποίησε, καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ μέχρι καὶ νῦν μὴ καταδέχεσθαι αὐτοὺς τῇ ἰσαγγελίᾳ τῆς θείας γραφῆς μαθητεύεσθαι, πόθεν ὁ καμηλώθης γόης ἐκεῖνος τὴν τρίτην διαθήκην ἐκόμισεν, ἀναιδῶς τοῦ θεοῦ καταψευσάμενος οὐρανόθεν λήρους καὶ μύθους καὶ ἀσωτείας καὶ φλυαρίας ἀγνωσίας τε πάσης καὶ ἀμαθείας μεμεςωμένα δέχεσθαι ἀλαζονευόμενος; ὅτ' ἂν λέγῃ Μαρίαν τὴν Μωϋσέως ἀδελφὴν τὸν Χριστὸν γεννῆσαι 1), ἆρα ὑπολέλειπται ἀφροσύνης ὑπερβολὴ, καὶ ἀγνωσίας ὑπεροχὴ, ἣν αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ ὁ μαινόμενος οὗτος οὐ κατεχέετο; πόσον γὰρ ἂν αὐτὸν εἴεσθε καταγελᾶσθαι ἐκ τούτου παρὰ τῶν Ἰουδαίων, παρὰ τῶν Σαμαρειτῶν, παρὰ πάντων ἁπλῶς τῶν μετιόντων τὴν παλαιὰν ἢ καὶ τὴν καινὴν διαθήκην; πόθεν οὖν φησιν, ἐθάρρησεν αὐτὴν οὐρανίαν καλέσαι βίβλον; ἐκ τοῦ ἐμπνευσθῆναι αὐτὸν παρὰ τοῦ
[2] Is. XIV. 13. εἰρηκότος [2] θήσω τὸν θρόνον μου ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ ὑψίστῳ, τοῦ ὄντος
cod. f. 147. καὶ λεγομένου πατρὸς τοῦ ψεύδους· τίς γὰρ ἂν ὅλως ἐντυχὼν τῇ θείᾳ γραφῇ οὐκ ἐκπλαγήσεται τῷ μεγέθει τοῦ ψεύδους, ὅτ' ἂν λέγῃ Χριστὸν ἐκ Μαρίας τῆς ἀδελφῆς Μωϋσέως γεγεννῆσθαι; ὦ τοῦ μακροῦ γήρως τῆς παρθένου· δισχιλίων γάρ πως σχεδὸν ετῶν περιόδους παρελήλυθει μέχρι Χριστοῦ
[3] Exod. XV. 20. γεννήσεως, ἀφ' οὗ Μαρία τὰ κύμβαλα ἀνεκρούσατο [3]· σφόδρα δὲ καὶ Δαβὶδ υἱὸς τοῦ Ἰεσσαὶ, ἐκ τούτου δὲ ὁ Χριστὸς καταγόμενος ἀποδείκνυται· τοῦτο θεία γραφή; τοῦτο οὐράνιον βιβλίον; ὦ ἀπὸ τῆς ἀλογίας· ὦ ἀπὸ τῆς ἀνοίας τῶν ἀθλίων βαρβάρων.

ψδ'. Τοιγαροῦν ἀπό τε τῆς κατὰ γραφὴν διανοίας ξένης καὶ ἀλλοτρίας τυγχανούσης τῆς ἐπαράτου αὐτῶν βίβλου πρὸς τὴν θείαν γραφὴν, ἀπό

Merito enim audies ab Isaia: geniti mihi estis ad nauseam. O Dei praescientiam! Abrahamus Deum pro Ismahele orans, nihil aliud impetrat quam populi incrementum: a foedere autem Dei alienus et extraneus, ipso Dei ore hic constituitur, ceu si solus Isaac dignus esset id possidere, propter oriturum ex ipso benedictum Christum ac Deum. Atque hoc mirabile est, quod de ceteris cunctis gentibus dictum est a prophetia, fore ut reminiscantur et convertantur ad Dominum universi fines terrae. Ismahelitas autem haud fore participes foederis, ipse Deus iudicavit; ideo prorsus quia adversarium eius daemonem colunt.

93. Si ergo ipse Deus foedere suo Ismahelitas exclusit, idque inde constat, quia usque ad hanc diem noluerunt a divinae scripturae angelica doctrina erudiri; undenam camelarius deceptor ille tertium foedus impudenter detulit, calumniam Deo faciens iactanter dicendo, se de caelo nugas suas et fabulas et ineptias inscitia insipientiaque plenas accipere? Qui ait Mariam Moysis sororem Christum peperisse, an summam aliquam stultitiam, exquisitamque inscitiam omisit, quam insanus hic in caput proprium non effuderit? Quantopere hunc a Iudaeis ob id irrideri putatis, et a Samaritanis, atque ab omnibus quotquot vetus novumque testamentum noverunt? Quomodo igitur ausus est, dicet aliquis, librum illum appellare caelestem? Nempe quia inspiratus fuit ab eo qui dixit: ponam thronum meum in nubibus caeli, similis ero Altissimo; ab eo inquam qui est et dicitur mendacii pater. Quis enim divinae scripturae peritus, non stupebit mendacii immanitatem, cum ait Mohamedes Christum ex Maria Moysis sorore natum? o longaevam virginis senectutem! etenim bis mille ferme annorum revolutiones intercesserunt usque ad Christi nativitatem, ex quo Maria cymbalum pulsavit. Praeclare hinc sane demonstrabitur ex Davide Iessaei filio propagatus Christus! Haeccine divina scriptura est? hic caelestis liber? O inscitiam! o infelicium barbarorum dementiam!

94. Igitur tum quia a divinae scripturae mente alienus prorsus et extraneus est hic maledictus ipsorum liber; tum quia Deus ipse in-

1) Hac de re diximus iam p. 347. adn. 2, et p. 359. adn. 1; quamquam paulo latius facit illud temporis spatium Nicetas. Videsis Eusebii chronicon.

dignos illos foedere suo iudicavit; satis cognoscere possumus, camelinum hunc librum habere auctorem daemonem qui de caelo excidit. Quippe quicquid Deo abalienatur, in contrariam daemonis partem migrat. Nam si Dei esse Isaacum, veri inquam Dei, indicium manifestum est, quod constituerit cum ipso foedus; statuam, inquit, foedus meum cum ipso, ut sim eius Deus, nec non seminis eius post ipsum; indicium vicissim est non esse Ismahelitarum Deum peculiarem, quamquam ratione creationis sit; hoc inquam rei eius indicium est, quod statuere cum illis foedus Deus noluerit. Diabolus itaque est illorum Deus, qui Deum simulat: quamquam metuens ne tali scopo suo excidat, dolose nomen proprium reticet, quod apud omnes homines infame est, verique potius Dei appellationem prae se fert. Est enim hoc consuetum improbi huius artificium. Si ergo Deum suum habere Abrahami Deum cupiunt hi barbari, impium illum fraudulentumque librum, eiusque pravum auctorem, stultum hominem, ciurent; unique adsentiantur divinae scripturae, atque eius norma regantur. Aut si volunt librum suum huic anteponere, et adversarium Dei Abrahami adorare; pudore suffundantur, quia nomine tenus Deo Abrahami gloriantur; et res atque scripturas inconciliabiles frustra proferre convincantur. Namque a demente nihil differt, is qui dicit Pharaonem et Augustum eadem aetate regnasse. Hoc enim necessario consequitur, si Moysis soror Christum peperit: ita ut Christus bis mille annos natus, tali cum senio ante Pilatum apparuerit; et Maria totidem aut etiam plures vixerit annos.

τε τοῦ τὸν θεὸν τῆς αὐτοῦ διαθήκης ἀναξίους αὐτοὺς κρίναι, συνιδεῖν ἐστιν ὅτι τοῦ οὐρανόθεν πεσόντος ἐστὶ δαίμονος ἡ καμηλόθυτος ἐκείνη βίβλος· πᾶν γὰρ τὸ ἀπηλλοτριωμένον Θεοῦ, εἰς τὴν ἐναντίαν καὶ δαιμονιώδη περιΐσταται μοίραν· εἰ γὰρ τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Ἰσαὰκ, τοῦ ὄντως δὲ θεοῦ σημεῖον ἐμφανές, τὸ ϛῆσαι αὐτὸν πρὸς αὐτῷ τὴν αὐτοῦ διαθήκην, στήσω γάρ φησι τὴν διαθήκην μου πρὸς αὐτὸν, εἶναι αὐτοῦ θεὸς καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτὸν, σημεῖον τοῦ μὴ εἶναι θεὸν τῶν Ἰσμαηλιτῶν κατ' εἰκείωσιν, εἰ καὶ τῷ δημιουργικῷ λόγῳ ἔνεστι, τὸ μὴ ἠξιῶσθαι στῆναι πρὸς αὐτοὺς τὴν τοῦ Θεοῦ διαθήκην· ὁ διάβολος cod. f. 148.
ἄρα θεὸς αὐτῶν, ὁ τοῦ Θεοῦ καταψευδόμενος· εἰ καὶ φόβῳ τοῦ ἐκπεσεῖσθαι τοῦ τοιούτου σκοποῦ τὸ ἑαυτοῦ δολερῶς ἀποσιωπήσας ὄνομα, διὰ τὸ ἤδη διαβεβλῆσθαι παρὰ πάντων ἀνθρώπων τὴν τοῦ ὄντος Θεοῦ προσηγορίαν προβάλλεται· σύνηθες δὲ τῷ πονηρῷ τούτῳ ἡ τοιαύτη μεθοδία. Εἰ οὖν θεὸν ἑαυτῶν ἔχειν τὸν τοῦ Ἀβραὰμ θεὸν οἱ βάρβαροι γλιχόμενοι, τὴν ἀθέμιτον ἐκείνην καὶ ἀπατηλὴν βίβλον, καὶ τὸν ταύτην σκαιογραφήσαντα μάταιον ἄνθρωπον ἐξαρνείσθωσαν, καὶ στοιχείτωσαν μόνῃ τῇ θείᾳ γραφῇ, καὶ ὑπ' αὐτῆς ποδηγείσθωσαν· ἢ ἐκείνην ταύτης προκρίναντες, τὸν ἀντικείμενον τοῦ Θεοῦ τοῦ Ἀβραὰμ προσκυνοῦντες, ἐγκαλυπτέσθωσαν, ὡς ψιλῷ τῷ τοῦ Ἀβραὰμ ὀνόματι μόνον καλλωπιζόμενοι καὶ ἀκατάλληλα τοῖς πράγμασι καὶ γράμμασι κενοφωνοῦντες, ἐξελεγχέσθωσαν· μαινομένου γὰρ οὐδὲν διενήνοχεν ὁ λέγων τὸν Φαραὼ καὶ Αὔγουστον κατὰ ταυτὸν συμβασιλεύειν χρόνον· τοῦτο γὰρ ἔπεσθαι ἀνάγκη τῆς ἀδελφῆς Μωϋσέως Χριϛὸν κυούσης· ἢ Χριστὸν μετὰ δισχιλίων ἐτῶν περιόδους γέροντα ὀφθῆναι τῷ Πιλάτῳ· ἢ τὴν Μαρίαν τοσαῦτα περιβιῶναι ἢ τὰ πλείονα ἔτη.

XXVI. Quod nulla sit utilitas Agarenis se circumcidentibus, ideoque putantibus Deum suum habere Abrahami Deum; ut hinc demonstrent vere ipsorum Deum, esse Deum Abrahami.

Κϛ. Ὅτι οὐδεμία ὄνησις τοῖς Ἀγαρηνοῖς περιτεμνομένοις, καὶ διὰ τοῦτο οἰομένοις ἑαυτῶν cod. f. 149.
Θεὸν ἔχειν τὸν τοῦ Ἀβραὰμ Θεὸν, πρὸς τὸ δεῖξαι ὅτι ἀληθῶς αὐτῶν ὁ Θεὸς τοῦ Ἀβραάμ.

95. Herilium praeceptorum alia ad utilitatem subditorum redundant, si observentur; alia hero prosunt; alia utrisque. Similiter et inobedientiae, aliae subditis, aliae dominis, aliae utrisque detrimentum adferunt. Cunctis vero exploratum est, quod si quis praeceptum aliquod domini violaverit, seque sui-

ϰε'. Τῶν δεσποτικῶν προσταγμάτων τὰ μὲν εἰς τοὺς ὑπηκόους φέρει τὸ κέρδος ὅτ' ἂν φυλάττηται, τὰ δὲ εἰς τὸν δεσπότην, τὰ δὲ ἐπ' ἀμφοῖν· ὥσπερ δὴ καὶ ἀποκρουόμενα, τὰ μὲν εἰς τοὺς ὑπηκόους, τὰ δὲ εἰς τοὺς δεσπότας, τὰ δὲ καὶ εἰς ἀμφοτέρους τὴν ζημίαν ἐπάγει· πάντες οὖν τοῦτο ἴσασιν, ὅτι κἂν ὁποίαν τις ἂν εἴη ἠθετηκὼς

τοῦ δεσπότου ἐντολήν, αὐτὸν δὲ ἑαυτοῦ ἐπιγράφοιτο κύριον, ἔχει αὖθις ἐλπίδα εἰς τὴν πρώτην εὐνοιαν ἐπισπάσασθαι τὸν δεσπότην· ἕτερον δὲ ἑαυτοῦ κύριον ἐπιγραφόμενος, ἀνύποιστον τὴν ὀργὴν καθ' ἑαυτοῦ τὴν τοῦ δεσπότου ἐφέλκεται, κἂν πάσας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ σπουδαίως ἐπιτελῇ· καὶ οὐ τοσοῦτον ὁ οἰκέτης ἐκεῖνος γνώριμόν τε ἑαυτὸν καθίστησι τοῦ ἑαυτοῦ δεσπότου δοῦλον εἶναι, ἐκ τοῦ τὰ ἐκείνου ἀρεστὰ ἐπιτελεῖν, ὅσον ἀλλότριος ἀναφαίνεται, ἐκ τοῦ ἕτερον ἑαυτοῦ εἰσποιεῖσθαι δεσπότην· ποῖον γὰρ σημεῖον οἰκέτης ἰατροῦ ἐπάγεται, τοῦ εἶναι αὐτὸν κύριον νῦν τὸν ἰατρόν; ὅτ' ἂν τὰ μὲν τῆς τέχνης καλῶς γινώσκει καὶ πράττει ὡς ἑαυτοῦ βούλεται δεσπότης, ἑτέρου δὲ δεσπότου δοῦλον ἑαυτὸν ὑπογράφει; οὐδὲν γάρ εἰσιν ἕτερον αἱ λοιπαὶ ἐντο-
cod. f. 150. λαὶ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἡ αὐτῶν ἰατρεία καὶ ὠφέλεια; ἡ δὲ εἰς θεὸν πίστις, εἰς αὐτὸν τὴν δόξαν ἀπεκρυίζει, βαβαιούντων ἡμῶν ὅτι Θεὸς ἀληθής ἐστι, καὶ ὅτι ἡ δεσποτικὴ σχέσις ἀδιάσπαστος συντηρεῖται· ὥσπερ οὖν καὶ αἱ ἀθετήσεις τῶν λοιπῶν ἐντολῶν, ἡμῶν μὲν αὐτῶν γίνονται ὄλεθρος, ἡ δὲ τῆς αὐτοῦ δεσποτείας παραγραφὴ αὐτὸν ὑβρίζει τὸν κύριον· πότε οὖν σφοδροτέρως καθ' ἡμῶν ὀργισθήσεται; ἀθετούμενος, εἶμαι, ὃ πάντες ἴσασι. Τοῦτον οὖν τὸν λόγον ἐπί τε Ἀβραὰμ καὶ Μωάμετ περὶ Θεοῦ γυμνάσομεν· εἶπεν ὁ θεὸς τῷ Ἀβραάμ· περιτεμεῖσθε τὴν ἀκροβυστίαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν· ποιεῖ τοῦτο καὶ Μωάμετ· εἶπεν ὁ θεὸς τῷ Ἀβραὰμ· οὐ λατρεύσεις θεῷ ἑτέρῳ, πλὴν κυρίου τοῦ θεοῦ σου· τοῦτο ποιῆσαι Μωάμετ οὐκ ἀνέχεται· προσκυνεῖ γὰρ τῷ Χουβὰρ εἰδώλῳ ὄντι ἀρχαιοτάτῳ περὶ τὴν Ἐθριβον ἔρημον, καὶ τῷ Μάκαχ ὅπερ φασὶν εἰς τύπον τῆς Ἀφροδίτης· διαγεγράφθαι 1) οὐ δύναται οὖν Θεὸν ἑαυτοῦ ἔχειν ὁ Μωάμετ τὸν θεὸν Ἀβραὰμ, εἰ καὶ σύμβολον ἐντολῆς αὐτοῦ τὴν περιτομὴν ἐπάγεται, διὰ τὸ εἰς ἕτερον ἑαυτὸν μεθιστᾶναι Θεόν· αὐτὸς γὰρ εἰρήκει, πλὴν κυρίου τοῦ Θεοῦ σου· ἡ γὰρ ἁπλῶς περιτομὴ, σαρκὸς μόνη ἐστὶν ἀφαίρεσις τοῦ περιτεμνομένου, ἀλλ' οὐκ ἀπόδειξις τῆς κατὰ τὴν δουλείαν καὶ δεσποτείαν σχέσεως· ὥσπερ οὐδὲ τὸ κεχρῆσθαι τὸν ἐκ τοῦ ἰατροῦ δραπετεύοντα
cod. f. 151. οἰκέτην τὰ τῆς ἰατρικῆς, εἰς ἕτερον ἀνακεχωρηκότα δεσπότην, τοῦ εἶναι αὐτὸν τοῦ ἰατροῦ οἰκέτην ἀπόδειξις ἦν· μάτην ἄρα Θεὸν αὐτῶν Ἀγαρηνοὶ λέγουσι τὸν θεὸν τοῦ Ἀβραάμ· ἐφάνησαν γὰρ ψευδόμενοι· εἰ γὰρ καὶ ἦν αὐτῶν ποτε θεὸς, ἀλλὰ

met dominum constituerit, adhuc tamen spem retinet ad pristinam benivolentiam dominum suum flectendi. Verumtamen si alium omnino dominum sibi adsciverit, intolerabilem sibi domini sui iram provocat, etiamsi forte cuncta illius mandata diligenter peregerit. Neque tantopere servus ille proprium se domini illius demonstrat, placita eiusdem exsequendo, quantopere alienum se ab illo declarat, alium sibi dominum adsciscendo. Quodnam enim medici famulus indicium exhibet, suum esse dominum qui nunc medetur; si artem quidem bene noscat exerceatque, prout sui domini voluntas est, nihilo tamen minus alterius se domini servum faciat? Nam reliqua Dei mandata nihil aliud sunt, quam hominum medela et utilitas: fides in Deum tamen, ad huius gloriam redundat, adfirmantibus nobis, Deum revera esse, et relationem cum Domino a nobis incolumem conservari. Similiter reliquorum praeceptorum violationes nobis quidem exitiales sunt, sed divini dominii negatio ipsi Domino contumeliam facit. Quandonam itaque gravius nobis irascetur Deus? Nempe cum is a nobis negabitur, ut omnes sciunt. Hanc nunc de Deo doctrinam circa Abrahamum ac Mohamedem pertractemus. Dixit Deus Abrahamo: circumcidite praeputium carnis vestrae: hoc facit etiam Mohamedes. Dixit Deus Abrahamo: non adorabis Deum praeter dominum tuum: hoc agere Mohamedes non patitur; adorat enim idolum Chubar antiquissimum in deserto Ethribo; itemque Macach, quod ad Veneris figuram elaboratum aiunt. Nequit itaque Deum suum habere Mohamedes Abrahami Deum, etiamsi symbolum mandati eius circumcisionem gerit; quandoquidem ad alium se Deum transtulit. Ille autem iusserat: nullum praeter dominum Deum tuum coles. Nam simplex circumcisio, carnis quidem est ablatio eius qui circumciditur, non tamen demonstratio inter servitutem et dominatum relationis: sicut etiam, non ideo quia servus fugitivus domini sui medici artem exercet, cum ad alium confugerit dominum, non ideo inquam demonstrat se medici esse famulum. Temere itaque Agareni Deum suum dicunt Abrahami Deum. Nam etiamsi olim forte fuerit, nunc

1) Recole quae adnotavimus p. 354. n. 3. cum Relando hanc idololatriam negante.

certe cum Chubare et Mohamede, Deus ipsorum non est.

XXVII. De eodem argumento.

96. Omne quod vere existit, ex nomine simul et ex re cognoscitur. Si autem in duo dividatur, nempe in nomen solum remque solam, decipit. Nomen solum autem appello, quod propria vere re caret: vicissimque solam rem, quae suo vere nomine caret, sed tamen non est anonyma. Ex ambobus vera cognitio conficitur; ex alterutro autem error. Atque hoc est, quod consentire vel dissentire inter se homines de aliqua re facit. Duplex porro est solius nominis deceptio: quando videlicet nihil omnino significat, et quando a propria re abstractum, alienae addicitur. Quod plura vera significat, proprium uniuscuiusque simulque dicitur nomen. Res autem et vera est et dicitur, quae sine defectu et sine redundantia proprietatum substantiae rationem servat. Verum denique nomen est, quod rei ratio significare vult. Neque res, quatenus res est, decipit: neque nomen, quatenus nomen est propriae rei, in errorem inducit: sed ut alterius rei in altera re nomen, atque ut alterius nominis in altero nomine res, id demum in errorem trahit.

97. His ita se habentibus, facile est barbarum hunc coarguere populum, qui temere Dei Abrahami appellatione sibi fucum facit: neque enim hic ab Agarenis reapse colitur etiamsi particulares aliquas notas illius prae se ferunt et confitentur, videlicet circumcisionem, et quod sint populus Dei Abrahami iactantiam. Sicut enim haud satis est exhibendae hominis notitiae, si quis dicat bipedem et mortalem, quamquam reapse bipes mortalisque est homo; sed non continuo haec hominem definiunt, quia non dicunt principalem naturae humanae propriamque notam; ita cum isti dicunt Deum se habere Deum Abrahami, et carnem circumcidere, nequaquam ipsum illum proprie vereque Deum demonstrant; quia symbola illa omittunt, quae illum praecipue denotant. Nam cum gentis eorum dux contraria legi Dei Abrahami imperat, nonne alterum Deum sub illius nomine invehit? Atque hanc deceptionem quanam nos ratione contingere dicimus, animadvertite.

νῦν μετὰ τοῦ Χουβὰρ καὶ τοῦ Μωάμετ, οὐκ ἔστιν αὐτῶν Θεός.

ΚΖ. Ἄλλο εἰς τὸ αὐτό.

νϛ'. Πᾶν τὸ ὂν ἀληθῶς, ἐξ ὀνόματος ἅμα καὶ πράγματος γνωρίζεται· εἰ δὲ διαιρεῖτο εἰς δύο, εἴς τε ὄνομα μόνον, καὶ πρᾶγμα μόνον, πλανᾷ· ὄνομα δὲ μόνον καλῶ τὸ ἔρημον τοῦ οἰκείου ἀληθῶς πράγματος· πρᾶγμα δὲ μόνον τὸ ἔρημον τοῦ οἰκείου ἀληθῶς ὀνόματος, ἀλλ' οὐκ ἀνώνυμον· ἐξ ἀμφοῖν μὲν οὖν γνῶσις ἀληθὴς συνίσταται, ἐκ δὲ θατέρου ἀπάτη· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ποιοῦν ὁμονοεῖν τε καὶ ἀλλοτρίως ἔχειν περί τι πρὸς ἑαυτοὺς τοὺς ἀνθρώπους· διττὴ δὲ τοῦ μόνου ὀνόματος ἡ ἀπάτη, ὅτ' ἂν μηδὲν μηδαμὴ σημαίνῃ, καὶ ὅτ' ἂν τοῦ οἰκείου ἀφαιρεθὲν πράγματος προσκαίοιτο τῷ ἀπεσκότι· τὸ δὲ σημαῖνον διάφορα ἀληθῆ, εἰκεῖον ἂν ἑκάστου καὶ ὁμοῦ καλοῖτο ὄνομα· πρᾶγμα δὲ ἀληθές ἐστι καὶ ὀνομάζεται, τὸ τῶν εἰκείων τῆς οὐσίας ἀνενδεῶς καὶ ἀπεριττῶς σῶζον λόγον· ὄνομα δὲ ἀληθές, ὅπερ ὁ τοῦ πράγματος λόγος σημαίνειν βούλεται· οὔτε οὖν τὸ πρᾶγμα ὡς πρᾶγμα πλανᾷ· οὔτε τὸ ὄνομα, ὡς ὄνεμα εἰκείου πράγματος, ἀπατᾷ· ἀλλ' cod. f. 151.
ὡς ἄλλου πράγματος ἐν ἑτέρῳ πράγματι ὄνομα, καὶ ὡς ἄλλου ὀνόματος ἐν ἑτέρῳ ὀνόματι πρᾶγμα ἡ ἀπάτη συμβαίνει.

ρζ'. Τούτων οὕτως ἐχόντων ῥᾴδιον ἐλέγξαι τὸ βάρβαρον τοῦτο φῦλον, ὡς εἰς μάτην τῇ τοῦ Θεοῦ Ἀβραὰμ κλήσει ἑαυτοὺς ἐξαπατῶσιν, οὐκ αὐτοῦ ἀληθῶς ὑπ' αὐτῶν λατρευομένου, κἂν εἰ μερικά τινα γνωρίσματα αὐτοῦ ἐπιφέροντό τε καὶ ὁμολογοῦσι, τήν τε περιτομὴν καὶ τὸ λέγειν αὐτοὺς λαὸν εἶναι τοῦ θεοῦ Ἀβραάμ· ὡς γὰρ οὐκ ἀρκεῖ τὴν τοῦ ἀνθρώπου γνῶσιν παρασῆσαι τὸ εἰπεῖν δίπουν θνητὸν, καί τι δίπουν θνητὸν ἀληθῶς ὁ ἄνθρωπος· ἀλλ' οὐκ εὐθὺ τὸν ἄνθρωπον ταῦτα θηλεῖ, διὰ τὸ μὴ φᾶναι τὴν κυρίως παραστατικὴν τῆς ἀνθρώπου φύσεως διαφοράν· οὕτως οὐδὲ τὸ φᾶναι αὐτοὺς Θεὸν ἔχειν τοῦ Ἀβραὰμ τὸν Θεὸν, καὶ τὴν σάρκα περιτετμῆσθαι, Θεὸν αὐτὸν δείκνυσι τὸν κυρίως καὶ ἀληθῶς, τῶν χαρακτηρίζειν δυναμένων συμβόλων παρεωραμένων ὑπ' αὐτῶν· ὅτ' ἂν γὰρ ὁ τοῦ ἔθνους αὐτῶν πρωταγωγὸς ἐναντία τῶν τοῦ Θεοῦ Ἀβραὰμ νόμων προστάσσῃ, ἆρ' οὐχ ἕτερον θεὸν εἰς τὸ ἐκείνου εἰσάγει ὄνομα· καθ' ὃν τρόπον τὴν ἀπάτην λέγομεν συμβαίνειν, σκοπεῖτε γὰρ

ἐντεῦθεν· εἶπεν ὁ Θεὸς τοῦ Ἀβραὰμ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ· οὐ προσκυνήσετε πᾶν ὁμοίωμα, οὐδὲ μὴ
* ita cod. λατρεύσητε αὐτοῖς, τουτέστιν ὡς Θεόν *· εἶπεν
cod. f. 153. ὁ Θεὸς Ἀγαρηνοῖς, ὡς φασὶ, διὰ τοῦ ἀποστόλου αὐτοῦ· προσκυνεῖτε τῷ Χουβὰρ ὡς Θεῷ εἰδώλῳ ὄντι καὶ ὁμοιώματι τῆς Ἀφροδίτης. Εἴδωμεν οὖν τί κοινὸν ἔχει Ἀβραὰμ καὶ Μωάμετ, καὶ τί διενήνοχεν· εἴδωμεν δὲ καὶ ἐν τίσι μᾶλλον χαρακτηρίζεται ὁ θεὸς, θεὸς παρὰ ἀνθρώπων γνωριζόμενος· καὶ ἐν τίσι δοκεῖ μὲν, οὐκ ἔστι δὲ· ἐν τίσι δὲ παροργίζεται μᾶλλον.

ρή'. Ἐν αἷς μὲν οὖν ἐντολαῖς μόνως αὐτοὶ κεκμήκαμεν, ἐλάττων ἡ δήλωσις τοῦ θείου καὶ ἀμυδρά· ἔστιν δὲ ὅτε οὐδὲ ἐλάττων, ἥνίκα αὐτὸς ἀποκρύπτεται· ἐν οἷς δὲ ἡ αὐτοῦ δόξα συνίσταται ἀληθὴς καὶ μείζων ὑπερβαλλόντως· ὥσπερ καὶ τὸ ἀνάπαλιν· ἔλαβεν Ἀβραὰμ περιτομὴν προεπιγνοὺς τὸν Θεὸν, καὶ ἀπηρνήσατο τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· πότε οὖν μᾶλλον Θεῷ εὐηρέστησεν, ἐν τῇ ἀπαρνήσει τῶν εἰδώλων, ἢ ἐν τῇ περιτομῇ τῆς σαρκός; πρόδηλον ὅτι ἐν τῇ ἀπαρνήσει τῆς εἰδωλολατρείας· σημεῖον γὰρ ἔλαβεν τῆς πίστεως τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ τὴν περιτομήν· εἰσάγει καὶ ὁ γοῦς ὁ ἀπόστολος τῶν Ἀγαρηνῶν περιτομήν· ἀλλὰ καὶ εἰδωλολατρείαν· ἆρ' οὖν καὶ αὐτὸς ὡς Ἀβραὰμ Θεῷ εὐηρέστησεν; ἢ μᾶλλον παρώργισεν; ἢ ὡς δοκεῖ, τὰ ἀμφότερα; ἀλλ' εἰ μὲν τὰ ἀμφότερα, ἆρα Θεῷ εὐηρέστησε περιτεμνων, ἢ μᾶλλον πολλῷ πλέον παρώργισεν εἰδωλολατρῶν; εὔδηλον ὅτι μᾶλλον παρώργισεν· ὧν γὰρ ἡ κατόρθωσις μείζων, τού-
cod. f. 154. των πάντως καὶ ἡ ἀπόπτωσις μείζων· τῶν γὰρ πραγμάτων ἡ φύσις, ἐκ τῶν καθ' αὐτὰ ἢ ἐκ τῶν περὶ αὐτὰ δηλοῦται· καὶ ἡ μὲν ἐκ τῶν περὶ αὐτὰ δήλωσις, οὐ τοιαύτη· ἡ δὲ ἐκ τῶν καθ' αὐτὰ, ἀσφαλὴς τε καὶ ἀδιάψευστος μᾶλλον· καθ' αὐτό τις τὴν φύσιν δουλείας καὶ δεσποτείας τότε δηλοῖ ὅτ' ἂν ἡ σχέσις ἀκίνητος συντηρῆται· οὐ καθ' αὐτὸ δὲ, ὅτ' ἂν τὸν περὶ τὸ πρᾶγμα τινὰ ἐμφαίνῃ, ἀλλ' οὐκ αὐτὴν τὴν σχέσιν ἔχον· ἡ οὖν περιτομὴ, περὶ τὴν σχέσιν τῆς δουλείας, ἀλλ' οὐ κατ' αὐτὴν τὴν σχέσιν· εἰ δὲ εἰδωλολατρεία, οὐ μόνον ὅτι οὐ τῶν καθ' αὐτό τι τῆς θείας σχέσεώς ἐστιν, ἢ τῶν περὶ αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτῆς στασιάζει τῆς σχέσεως διασπῶσα αὐτήν· ἐντεῦθεν δηλοῦται τίς θεοῦ ἔγγυς, Ἀβραὰμ ἢ Μωάμετ· ποῖος νόμος τὸν θεὸν τοῦ Ἀβραὰμ εἰσάγει; ὁ λέγων οὐ προσκυνήσεις Θεῷ ἑτέρῳ, ἀλλ' ἢ κυρίῳ τῷ θεῷ; ἢ ὁ προσκυνῶν τῷ Χουβὰρ

Dixit Abrahami Deus filiis eius: non adorabitis ullam idolorum iconem, neque illis cultum exhibebitis, nempe ceu Deo. Dixit Deus Agarenis, ut aiunt, per legatum suum: adorate Chubarem, Dei instar, quod est idolum et Veneris simulacrum. Videamus iam quid commune sit Abrahamo cum Mohamede; et quid diversum. Videamus item, quaenam potiora indicia sint, quibus Deus ab hominibus Deus esse denotatur: et quandonam videatur quidem, sed non sit; quando item potius ad iracundiam provocetur.

